OPVSCVLVM
DE MIRABILIBVS NOVAE
ET VETERIS VRBIS
ROMAE EDITVM
A FRANCISCO
ALBERTI-
NO FLO
REN.



IN INCLYTA BA
SILAEORVM
VRBE.

M.D.XIX.



CORNELIVS CYMBALVS FRANCISCO ALBERTINO FLOREN. PONTIFICII DOCTORIS.P.D.



IRARIS uarias esse Authorum: qui de Vrbis antiquitate scripserunt opiniones: inter quos Io. Torrelium: & Blondum: Pomponiumq; Lætũ: qui cum de huiusmodi re scripserint: inuicem dissentiunt: quam rem minime mirari debemus. Cum diuersa diuersis scripserint temporibus: nam nihil certi post illam Totilæ dirutionem haberi potest: nisi id quod uel per Epitaphia uel per aliquas in marmoribus inscriptiones. Quod hoc nostro: & ita felici tempore Iulio secundo Pontifice Maximo: in solio Petri sedente contigit. Vnde tu inter alios qui de Antiquitate scripserint: hilarius gratiosiusq; progredi poteris: cum multa illis incognita: quæ tibi & alijs amicis cognita sunt addidisti: quibus (ut spero) eruditiores gaudebunt. Itaq; egredere: egredere (uti compluries efflagitaui) ut imprimatur hoc: ad quod ut imprimentur persuadeo illa alia opuscula: de Vrbis scilicet stationibus: de Confessione: de modo

recte uiuendi: de Sacramento: & quod ita eruditius scripseris: ubi Ecclesiæ illis quattuor doctoribus merito comparari mereres: de Expositione scilicet super orationem Dominicam & salutationem Angelicam. Hoc cum primum feceris: tuas credo Lucubrationes gratas fore omnibus. Itaq; mi Francisce: aliud tibi persuadere nequirem: nisi quod tibi & amicis utile foret. Vale. Romæ. iij. Nonas Nouembris.

TABVLA

CORNELII DISTICON

Si priſcam quis ſiue nouam uult cernere Romam.
Is duce Franciſco mœnia cuncta uidet.

IN PRIMO LIBRO

IN SECVNDO LIBRO.

IN TERTIO LIBRO.

De Beluidere

FINIS.

HVMILIS AC DEVOTVS FRANciſcus Albertinus Florentinus: unus e capellanis Reuereñ. Car. titu. ſanctæ Sabinæ ad Iulium. II. Pont. Maximum.

COnſuetudo mea in amicos Beatiſſime pater: & amor feliciſſimæ bonæ memoriæ Galeotti Car. defuncti: ac plurima eius erga me officia uehementer cogũt: ut tuæ Sanctitati meũ ſtudium: omnẽ operam pollicear. Idcꝫ nepoti Sixto Cardi. eius fratri polliceor. Quotienſcuncꝫ illum uideo Galeotti ſemper iuſſa mihi impoſita cum imagine in mentem ſubeunt. Sed ea tempora inciderunt: ut gratiã & auctoritatem meã non audeam polliceri: niſi hac exceptione quantũ poſſim: quantumcꝫ ualeam. In cæteris uero rebus abſcꝫ ulla expectatione temporis aut laboris occupationiſue: opera mea ſanctitas tua utatur. Quod pollicear præter meipſum: nihil eſt. Cum enim opuſculum de ſtationibus & Reliquijs Vrbis ad Imperatorem diuino auxilio a me cõpoſitũ uidiſſet præfatus Reuereñ. Galeottus dixit: Franciſce: Bonum opus operatus es Quare & mirabilia Romæ imperfecta fabularumcꝫ nugis plena non corrigis? Non enim datur corona incipientibus: ſed perſeuerantibus uſcꝫ in finem. Precor

te ut in hoc mihi complaceas. Bonæ intentioni cuius annuens promisi.Ea diligentia qua potui:opusculũ de mirabilibus Romæ ueteris emendaui : ac nouæ Vrbis aliud in lucem produxi:quod quidẽ Reuereñ.Galeotto Vicecancellario : ac sanctæ Rom̃. Ecclesiæ presbytero Cardi.titu.S.P.ad uin.dedicare destinauerã.Sed impro ba & acerba mors Pontifex summe in tanta rerũ expectatione felicitati eius : & labori meo inuidit in medio itineris cursu. Tamen sicut domino placuit ita factũ est: sit nomẽ domini benedictũ:& anima eius cum sanctis omnibus in pace Christi requiescat. Humiliter precor sanctitatẽ tuã:ut ipsa pro eius amore paruulũ munusculum in loco uirtute prediti Nepotis:a seruulo Francisco de Alberti.Floreñ.simul cũ eius recta intentionẽ : sinceraq; fide accipere uelit. Quod quidẽ opusculũ tuæ sanctitati iamdiu tanq; numini dicatũ est:quã amo:obseruo:ueneror atq; colo:rectã ualitudinẽ ppetuãq; opto. Quod si impetrauero:nihil est quod timeã. Tua igitur sanctitas cõgaudeat ac semper lætetur de felicitate ac uictoria ciuitatis Bonoñ.recuperatæ:& aliarũ ciuitatum a Venetis occupatarũ.s. Fauentia. Ariminũ:Ceruia : & antiqua Rauenna:quæ omnes ad pristinam libertatẽ ecclesiæ deuenere tempore tuæ sanctitatis. Quid nunc restat nisi ipsos infideles ac perfidos maumethanos persequi:ut ad uerã fidẽ cõuertant:Lætetur inquã tua beatitudo:tẽpore cuius Portugall.Rex nouas insulas & barbaras nationes ad fidẽ Christi cõuertit:Nouissime uero

Hispaniarũ

Hyspaniarũ Rex cũ Car. Tolletano ciuitates & portus infideliũ debellauit:ad fidemq́ ueri dei cõuerti fecit. Si membra hoc faciũt:qd caput cũ brachijs cæterisq́ cor poris membris totius christianitatis unitæ faciet. Dñs noster Iesus Christus p uiscera misericordiæ suæ faciat principes ipsos cõcordes:ut populus christianus merito & numero augeat. Pater Beatissime:quõ patit Sanctitas tua ciuitatẽ sanctã Hierusalẽ:ac loca sancta a spurcissimis fidei hostibus cõculcari:ac sepulchrũ Christi a perfidis maumetanis coinquinari:sanctãq́ ecclesiã catholicã ab inimicis Christi persequi? Vrbanus enim. II. Pontifex cũ trecẽtis Mill. hominũ signo salutiferæ Crucis affixis:qd nam fecit? Nõne & Antiochiã & Asiam fere uniuersam ad fidẽ Christi cõuertit? Relinquo expeditionẽ Lucij. II. & Clementis:& Innocentij. iij. Honorijq́ eiusdẽ nominis:aliorũq́ Pontificũ: qui ad ipsam expeditionẽ principes & reges christianos cõuocarũt ac uictoria tandẽ potiti sunt. Vtilis est hæc sancta expeditio animæ.s.& corpori:pugnantes pro fide sancta puueniamus ad gloriã sempiternã. Cęterũ quanta & qualia bona temporalia & regna ac dominia ex hac expeditione assequi possimus:res ipsa per se patet: & pręsertim terram fluentem lacte & melle:quam deus promisit populo suo colendam. Heu nephas:heu dedecus totius populi christiani:si rempublicã christianã saluã cupitis. Christum diligite: qua mente: quo uultu: quibusue oculis intueri potestis tot insignes prouincias ac

nobiles ciuitates cum Imperio Constantinopolitano: quibus in locis populus Christianus Euangeliũ sanctũ predicare consueuerat ab hostibus fidei christianę nũc occupari? Cauendum est a uero iudice dicente: Omnis arbor quæ non facit fructũ: excidetur & in ignem mittetur. Et iterum: Auferetur a uobis regnum: & dabitur genti facienti fructũ eius. Expergiscimini pusillanimes & nolite timere: dominus enim pugnat pro fidelibus. Si Saul percussit mille: & Dauid decem milia in figura prioris testamenti: nonne & dominus noster Iesus Christus in uero testamento percutiet & confringet capita omniũ inimicorũ ecclesię suæ sanctæ? Cessent iam ciuilia bella: cessent iam iam bella christianorũ principũ in christianos. Iam sunt principes undiq; armati ad prelium in ipsa Italia. Iam tempus messis aduenit. Ecce inquam parata sunt omnia: periculum est in mora. O inuicti Germani: ubi sunt uictoriæ antiquæ? O christianissimi galli: qui iam Christi sepulchrũ recuperastis? O fidelissimi Hyspani: qui totiens cum infidelibus pugnastis? O fortissimi Pannonij: qui quotidie contra maumethanos tanq; scutum fidei pugnatis? O indyti & potentes Itali: ubi sunt uires & ingenia ac ipsæ diuitię? Vbi inquam mirabilia gesta antiquorũ uestrorũ memoria digna: qui totum orbem sub suo imperio congregarunt? Quid dicam de regibus uniuersis: ac alijs principibus christianis: qui quidẽ omnes concurrent ad tam sanctã & dignã expeditionẽ. Quapropter Beatissime

pater

pater Iuli deprecor:ut alter Iulius inuictissimus in tertio triumpho:cuius scriptũ erat: Veni: Vidi: Vici. Eadem uerba in triumpho crucis Christi decantare ualeat Sanctitas tua. Quantum uero meritum: quantaq; laus & æternitas glorię apud deum & homines ex hoc opere paret tuę sanctitati:ipsamet ꝓ sua singulari sapiẽtia existimare facilius potest:q̃ ullis uerbis explicari. Ergo dũ tempus habemus operemur bonũ pro salute animarꝫ ad laudem & gloriam omnipotentis dei:qui uiuit & regnat in seculum.

PROOEMIVM.



Rbs Roma:quæ caput est aliarũ ciuitatum condita fuit Olympiade.vij.teste Dionysio.Mũdi uero.iiij.M.cccd. Añ salutem uero domini fere septingẽtos: & a Rhomo comite Aeneæ:uel a Rhoma Ascanij nepte:uel a Roma Itali filia ut clare dicã in noua Vrbe nominatã esse dicunt: q̃uis nõnulli a Romo fratre Remi:qui fuit primus Rex Romanorũ:Romam esse uelint: quæ quidem a Barbaris exterisq; gentibus sæpe incensa fuit ac diruta. Quapropter beatissime pater:in primo libro scribam de mœnibus & portis ac pontibus & regionibus ueteris Romę In secundo uero de templis & Magistratibus & Capitolio:& alijs ædificijs & mirabilibus eius. In tertio & ultimo cõcludam libro:in quo scribam de palatijs pon

tificum & Cardinalium ædibus & alijs ædificijs nouę Vrbis: ea breuitate qua potero: nonnulla cōnectens de pulchris rebus Florentinę ciuitatis nacta occasione propositi: ne a patria ipsa ingratitudinis uitio reprehendar: cum sit quod ipsi Florentini in initio ciuitatis prædictæ Romani per multum temuus appellati sint. Tamen in hoc parcat mihi Sanctitas tua: quod simpliciter stiloq̃ infimo potiusq̃ medioacri uel supremo (ut deceret) scripserim. Sum enim doctis atq̃ indoctis debitor: quos quidem omnes deprecor: ut errores ipsos charitatis gratia castigent: ac deum ipsum pro me orent immortalem.

DE MOENIBVS ET ambitu urbis Ro.



OENIA Magnæ urbis Romæ habuerũt. dcxxxiiij. Turres cum pinnis: & propugnaculis atq; deambulatorijs: uigilumq; receptaculis: nunc uero Turres numero sunt. ccdxv. Ambitum uero Vrbis. xx. mil. passuũ continuisse dicitur: teste Plinio & Vopisco. Flauius uero historicus scribit: Aurelium Imperatorem ambitum Vrbis ad. l. Mil. passuum ampliasse: ripasq; Tyberis extruxisse. Nostro uero tẽpore cũ Ianiculo & Vaticano uix passuum millia quindecim esse iudicio: quæ quidẽ moenia pluries diruta fuere a Barbaris: postea uero a diuersis pontificibus multis in locis instaurata. Poggius noster Flor. ad Nicolaũ. v. Pon. de uarietate fortunæ Lib. primo scribit. Quid iam quærat: quod etiã stuporem recensenti mihi affert Vrbis moenia ita multiplici clade afflicta: ita a fundamentis eruta: ut nedũ locus eorum pristinus: sed nedũ uestigium quidem ullum aspiciatur omniũ ueterũ muror℞ sublata memoria. Nam ea quæ cernis: lateritia noua sunt: & post octingentesimũ annum deletis prioribus. Primum ab Hadriano inchoata collato ab Hæthruriæ populis centum auri pondo tum a Gregorio uno: & itẽ ab altero pontificibus perfectarum & diuersorum Pontificum opus uariam reddit muror℞ formã. Antiqua moenia ex quadrato la

pide post incensam a gallis Vrbem consumata Liuius tradit:ut in portis ipsius Vrbis adhuc uestigia denotãt Apud mœnia erat pomeriũ.i.spacium quoddam post murum:quod neq; arari nec habitari fas erat: ut nunc est in nostra Ciuitate Florentina intus & extra cum me tarum signis: ad quod facile solatij gratia quisque deambulare potest. Tamen Romæ nostro tempore non seruatur:ubi & uineæ & priuatæ ædes Vrbis mœnibus coniunctæ sunt:a pluribus namq; Imperatoribus ampliata sunt:ut apparet supra portam Portuensem in lapide cum his litteris

IMPP. CAESS. DD.HH. INVICTISSIMIS PRINCIPIBVS HARCADIO ET HONORIO Victoribus ac Triumphatoribus semper Augg.ob instauratos Vrbis Aeternæ Muros Portas ac Turres:ægestis immensis ruderibus ex sub gestionibus. V.C.& illustris militis & magistri utriusq; militiæ ad perpetuitatẽ nominis eorum simulachra constituit.

Similiter & de pomerio hoc anno.M.D.ix. in lapide Tyburtino nuper effosso non longe a Cancellaria litteræ indicant.

POMERIVM.

TI. CLAVDIVS DRVSII.F. CAISAR AVG.Germanicus Pon.Max.Trib.por. VIIII. Imp. xvi.Cos.IIII.Cẽsor P. P.auctis populi Romani finibus Pomeriũ.AMPLIAꟻIT TERMINAꟻITQ;

Nonnulla

Nonnulla in stationum opusculo de ipsa Vrbe scripsi: quae quidem replicare superfluum uidetur.

DE PORTIS VRBIS.

Romulus primus Romanorum rex: tribus portis tantum cinxerat Vrbem: quamuis nonnulli quattuor affirment. Prima porta Mugonia dicebatur: a mugitu animalium. quae & Trigonia postea dicta fuit.

Secunda porta Carmentalis: a Carmenta matre Aeuandri: quae & Scelerata postea uocata est: non longe posita erat a Iano.

Tertia uero Pandana seu Romanula uocabatur: quae & Libera dicta est: quam Pompilius instituit clausam stare pacis tempore: ut ait Piso in Annal. Liuius dicit suo tempore. xxxvij. portas fuisse in Vrbe. Plinius uero dicit. xxx. quamuis septem clausas fuisse confirmet. Nostra uero aetate sunt. xx. cum illis: quae in ciuitate Leonina comprehenduntur.

Prima porta principalis Triumphalis dicebatur: quae omnium erat celeberrima: non longe ab ecclesia sancti spiritus posita.

Secunda porta Flumentana: postea uero Flaminia: a uia nunc uero porta populi appellatur.

Tertia porta Collatina: quae Collatiam Sabinorum oppidum ducebat: postea uero Pinciana a pincio senatore: quae quidem nomen retinet.

Quarta porta Quirinalis: a Quirinali sacello seu collina: a Quirinali colle: eadem Aegonensis dicta: ab aegorio

monte: postea uero Salaria: ut nūc a sale dicta.
Quinta porta Numentana: a Numento oppido: postea Viminalis: a Viminum multitudine: nunc autem appellatur porta sanctæ Agnetis.
Sexta porta Exquilina: postea Tyburtina: deinde Taurina: a capite tauri: nunc uero porta sancti Laurentij extra muros dicitur. Pomponius lætus Exquilinam dicit esse nunc clausam cum porta inter aggeres
Septima porta Labicana seu Neuia: a Neuio nemore: nunc uero porta maior appellatur: super quam litteræ multæ cubitales apparent: ut dicam in aquæductibus.
Octaua porta Asinaria: quis nonnulli dicant Cælimōtanam & Septimiam appellatam fuisse: tamen antiquitus porta Cælimontana erat inter Asinariam & Metrodij: sed in mœniū instauratione clausa remāsit: nūc uero porta sancti Ioannis appellatur.
Nona porta Gabiusa dicebat: quæ nunc est clausa muro: nonnulli Metrodij portam appellant.
Decima porta Latina: sicut & nūc appellatur: nō longe ab ecclesia sancti Ioannis euangelistæ ab ipsa uia.
Vndecima porta Capena: postea uero Appia: nūc autem porta sancti Sebastiani appellatur.
Duodecima porta Trigemina seu Hostiensis dicebatur: ut Frontino placet: nunc uero porta sancti Pauli appellatur.
Decimatertia porta Portuēsis: a portu Claudij Imp. dicta: nūc uero porta ripæ dicit: in qua sunt litere Harcadij

& Honorij

& Honorij Impe. de instauratione: ut superius dixi.
Decimaquarta porta Aurelia: nunc autem porta sancti Pancracij dicitur.
Decimaquinta porta Fontinalis: non longe a prædicta in uaticano adhuc extāt uestigia a fontibus dicta: ut Liuio placet.
Decimasexta porta Septimiana: a Septimio Imperatore: quæ nomen adhuc retinet.
Decimaseptima porta Turrionis dicit̄: a Nicolao quinto fundata: non longe a Campo sancto: quæ & Posterula dicitur.
Decimaoctaua porta pertusa: in monte Vaticano: non longe a stabulis palatinis.
Est & porta Iulia apud uiridariū: quam nuper tua Beatitudo sumptuoso ædificio & Tyburtino lapide fundauit exornauitq; apud noua mœnia Beluidere nūcupata: quæ quidē duæ portæ: nō semper (ut aliæ) ostendunt introitū patefactum: sed potius ad cōmoditatem pontificis & curialium aperiuntur.
Vigesima porta Aenæa uocat̄: nūc uero porta castelli sancti Angeli dicit̄: nō lōge a mole Hadriana: quæ ultimæ quinq; portæ positæ sunt in ciuitate Leonina.
Erant & aliæ portæ: ut Querquetulana: a quercu Lauernalis: a Lauerna dea Rudusculana: quod ærata esset: uel quasi rudis sit imposita & relicta apud Neuiam portam. Ruthumena ab auriga sic dicto. Minutia a sacello Minutij. Catularia a canibus dicta: qui

ibidem immolabatur:aditus quarum propter uetustatem & mœniũ instaurationẽ nescitur:tamen multi multa dicunt:quot homines tot sententiæ.

DE VIIS ET PLATEIS.

ERant eñ in vrbe uiæ.xxix.principales: ut placet P.uictori:tamẽ tot erant uiæ quot portæ: ut Liuius inquit:de quibus nonnulla scribam.

Via triumphalis a Vaticano: ubi & pons erat triumphalis:ad Capitolium usq; tendebat: q̃quis nõnulli ad Velabrum usq; affirment.

Via Flãminia : quã C. Flãminius collega.M.Lepidi in consulatu uictor ligurum strauit ex urbe Ro. per Tusciam & Vmbriam Ariminum usq;: ut adhuc in multis locis uisuntur uestigia:

Via Salaria a sale nomẽ accepit:quoniam per illã sal in Sabinos portari consueuerat.

Via Numentana siue Figulensis:qua itur Numentum quod est oppidum in Sabinis: & in agro numentano balnea fuere: unde Nero Claudius fugiens ad quartũ milliariũ:in suburbano liberti sui:inter Salariã & Numentanam seipsum interfecit.

Via Labicana a porta Exquilina incipiẽs:a qua & p ręnestina:de quibus Strabo mentionẽ fecit lib.i.

Via Latina:quæ posita est inter Appiam uiã & Valeriam:quæ ad Cassinum oppidum Appiæ coniungitur:in qua sepeliebantur cadauera sicut in Flãminia.

Via Appia: quæ tendit ad ęcclesiam sancti Sebastiani

ab Appio

ab Appio Claudio censore: qui dictam uiam a porta Capena Capuam usq; strauit: quam postea Traianus Imperator instaurauit Brundusium usq;:ut inquit Strabo:paludesq; pontinas siccauit:& alia q; plurima restituit aedificia:ut in lapide marmoreo apud Circũmaximũ in uento apparet cum his litteris sculptis.
IMPER A.CAES.Diui Nerue. F Traiano Germanico Dacico. Pontifici Maxi. Tribu.Pot.VIII. Impe.IX.Cos.V.P.P. Trib.xxxv.Quod liberalitate optimi Principis:cõmoda earum:etiam locorum adiectione ampliata sint.
Via Piscina erat inter Thermas Antonianas & ecclesiã sancti Sixti.ut adhuc uestigia demonstrant.
Via Suburana:quae tendit a foro Traiani ad ecclesiã sancti Martini in montibus.
Via alta a Thermis Constantini usq; ad uiminalẽ portam tendebat
Via Traiana & Aurelia a nominibus proprijs dictae.
Erat & uia Valeria & Tiburtina Amnia & Aemilia:
Via Claudia & Campana: Hostiensis & Laurentina.
Via Setina & Ardeatina: Tyberina & Quintia
Via Cassia & Cornelia: Gallicana & Patinatia.
Via asinaria & Cimina: quae quidem omnes retinent nomen usq; in hodiernum diem.
Erat praeterea in urbe Via sacra: in qua ictum fuit foedus inter Romulum & Tacium: quam Caesar dum esset Dictator: uelis intexit a domo sua ad Cliuium usq;

in Capitolium:& tẽdebat a Regia seu a curia ueteri ad arcem usq;:per quam triumphantes ibant ad Capitolium:& in qua augures sedem habentes inaugurari cõsueuerant non longe a carinis.
Via noua:quã instaurauit anto. Caracalla. Imper. erat apud Thermas ipsius:que incipit a porta pallatij per radices ipsius montis supra Circũ max.usq; ad infima piscinæ.Piscina pub. erat ubi nũc ecclesia sancti Sixti.
Via lata erat apud Iseum:quæ adhuc cum ecclesia sanctæ Mariæ in uia lata nomen retinet.
Erant & aliæ uiæ:ut Ianudensis & Gallia:uestigia quarum haud facile cognoscuntur. Vespasianus uero Impe.multas uias destructas instaurauit: vt in uetustissimo lapide marmoreo ante ædes Conseruatorum posito litteræ incisæ indicant.

IMP. CAESARI VESPASIANO
AVGV.PONTI.MAX.Trib.Pot.III.Imp.
XII.PP.Cos.III.Des.IIII.
S.C.

Quod uias Vrbi negligentia superior. tempor. corruptas impensa sua restituit.
Erant deniq; in Vrbe plateæ pluribus in locis uarijs lapidibus stratis:& statuis & colosis exornatis.
Platea uero palatij saxo lacedemonico ac porphiretico Ant.Geliogabalus Imperator strauerat
Erant in ipsa Vrbe multæ Areæ:ut area Capitolina:in qua erant cellulæ subterraneæ:teste Gellio libro.ij. ubi

reponi solerent signa uetera: quae ex eo templo collapsa essent: & alia quaedam religiose donarijs consecrata: & adhuc uisuntur uestigia uulgo Sala Caesaris. Erat & Area pinaria & Apollinis: vt dicetur in regiõibus. Erat praeterea Vmbilicus ipsius Vrbis in Regione. viij. vt apparet in marmore antiquo translato ad ecclesiã sancti Ioannis de pinea.

Tamẽ pater Beatissime: non omnes omnia possumus Quae autem feci: domino adiuuante cito feci: ut infrascripta carmina decantare ualeam.

Si bene quid facias: facias cito: nam cito factum
Gratum erit: ingratum gratia tarda facit.

DE PONTIBVS VRBIS.

Pontes Vrbis septem fuere principales: quamuis Vibius equester & P. uict. octo fuisse confirment: videlicet Aelius: Aemilius: Aurelius: Tarpeius: Palatinus: Exquilinus: Vaticanus & ianuclensis. Ioan. Annius Viterb. super Fabium pictorem scribit: Carmentalis porta erat: ubi pons carmentalis: quo trecenti Fabij contra Veiẽtes transeuntes Tyberim in se linquebant ianiculum a dextra: vt patet in Liuio.

Primus pons Sublitius dicebatur: qui fuit ligneus: ab Aneo Martio rege Ro. structus: postea uero ab Horatio coclite pro libertate patriae intercisus: quem deinde Aemilius lapideum fecit: a quo Aemilij nomẽ accepit: uestigia cuius ad radices Auentini diruta cernũtur: uulgo dicitur marmorata.

Secundus pons erat ſenatorum: qui & Palatinus dicebatur: nunc uero pons ſanctæ Mariæ uocatur.
Tertius pons eſt inſula Iouis Lycaonia uetuſtiſſimus: qui & Tarpeius antea dictus fuit ſeu Fabricius: quem L.Fabricium.C.D.curatorem uiarum faciundum curaſſe epigramma teſtatur: &.M.Lepidū: &.M.F.Cos. approbaſſe. In arcu pontis ſupra profluentem eſt inſcriptio corroſa cum his litteris.
L.FABRICIVS.C.F.CVR.VIAR. faciundum coerauit.Q.Lepi.M.F.M.Lollius.M.F.Cos.ꝓbauerunt: nūc uero pons.iiij.capita nominatur: in quo loco eſt Quartus pons coniunctus prędicto pōti: qui uocabatur pōs Ceſtius ſiue Exquilinus (ut placet pub. uic.) in quo marmoreæ tabulæ uetuſtate conſumptæ: cum his litteris uiſuntur.
Domini noſtri IMPERATORES Cæſares. FL.Valentianus Pius Felix maximus: uictor ac trium. ſemper Auguſtus. Ponti. Maximus Germanic. Max.laman. Max.Franc. Max. trib. pot.vij. impera. vi.Cos.II.P.p̄p̄.
ET FL. Valens: Pius: Felix: Maximus: uictor ac triumph. ſemp Aug.pon.max.Fran.Max. Gotthie max: trib.pot.vij.imp.vi.Cos.II.P.p̄p̄.
ET GRATIANVS Pius: Fœlix: Max.uictor ac triumph. ſemper Aug.pontifex maxi. Franci. maxi. Ghotthic.max.trib.pot.iij.imp.II.Cons. primū.P.p̄p̄. pontem Felicis nominis Gratiani in uſum ſenatus ac
populi

populi constitui dedicariq; iusserunt. Nostro uero tempore pons sancti Bart. uocatur.
Quintus pons Aurelius dicebatur: postea Ianudẽsis: quẽ Antonius pius imp. marmoreũ fecit: a Nerone dirutus fuit: quẽ Sixtus. IIII. Ponti. maxi. in usum populi Ro. & curialiũ sumptuoso opere tyburtinis lapidibus refecit. Longitudo cuius pedũ. ccxv. & pons Sixti dicitur: antea uero a curialibus pons ruptus appellatus est
Sextus pons Triumphalis dicebatur: apud ecclesiã & Hospitale sancti spiritus in Saxia: ut adhuc uestigia ipsius antiquitatis apparẽt: qui & Vaticanus antea dictus fuit: quem quidem tua beatitudo uult restituere: & iam a populo Ro. pons Iulij uocatur.
Septimus pons Vrbis Aelius seu Hadrianus uocabatur: ab ipso Helio Hadriano Imp. cõstructo apud molem ipsius: nostro tempore pons sancti Angeli nominatur: subter quos pontes prædictos regalis Tyber rapido cursu illabitur. Iuxta ripam cuius lapis marmoreus nuper effossus est cũ his litteris scriptis. Ex auctoritate Imp. Cæsaris Vespasiani aug. p. M. Trib. pot. IIII. impe. x. pp. Cos. IIII. V. Censor. Caius calpetanus Rantius Quirinalis Valerius cestus curator riparum & aluei tyberis terminauit. R. R. Prox.
Erat & pons in campo Martio apud montẽ citatoriũ: de quo Suetonius mentionẽ facit: ubi de cõsilijs cõiuratorꝝ in Cæsarẽ differebat: primũ cunctati utrum ne in campo martio per comitia tribus ad suffragia uocantẽ

partibus diuisis e ponte deijcerent: atq; exceptũ trucidarent: an in sacra uia: uel in aditũ theatri adorirentur. Erat præterea pons marmoreus in foro Ro. a palatio ad capitolium usq;: nil tota urbe præclarius fuit ponte prædicto: quem. C. Callicula fecit: & Capitoliũ coniunxit: quẽ quidem. lxxx. ingentes columnæ marmoreæ celatæ substentabant: at ex eo nũc sex tantũ columnæ: tris eñ ad radices palatini mõtis: aliæ tres ad capitoliũ uisunẽ nõ longe: a quibus hoc anno multa marmora ef fossa fuere cũ ingẽti base marmorea: in qua erat hæc inscriptio forma circulari cũ litteris incisa: uidelicet.

VICENNALIA IMPERATORVM.

Ab alia uero parte uisebantur sacerdotes sculpti Taurum sacrificantes.

Extra urbẽ est pons Moluius siue Miluius uia Flãminia. II. mil. ab urbe: ab Aemilio scauro cõstructus: ubi Maxentius tyrãnus a Constantino superatus est. Supra Anienẽ sunt quatuor põtes, Primus Salarius. Secũdus Numẽtanus. Tertius mãmeus. Quartus Lucanus. Pons salarius extra portam salariã: in quo sunt infrascripta carmina incisa.

Quam bene curuati directa est semita pontis:
Atq; interruptum continuatur iter.
Miramur rapidas subiecti gurgitis undas:
Et lubet iratæ cernere murmur aquæ.
Ite igitur faciles per gaudia nostra Quirites:
Et Marsin resonans plausus ubiq; canat.

Qui potuit

Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes:
Hic docuit durum flumina ferre iugum.
Sunt & aliæ litteræ:ut dicam in opusculo epyth.
Pons Numentanus quo itur Numentum:apud ecclesiam sancte Agnetis extra urbem:quem Narses eunuchus (ut apparet in marmore) construxit.
Pons Mammeus a matre Alexandri imp. instauratus quem Anto.pius fecerat extra portam Tyburtinam: corrupte dicitur ponte mãmolo. Pons uero Lucanus est inter Vrbem & Tyburtinam ciuitatẽ: in quo sunt litteræ infrascriptæ incisæ.
Ti.Plantio M. Fani. Siluano Aeliano pontifi. Sodali Aug.III.Vir.A.A.A.F.F.Q.Ti.Cæsaris legat.V.in Germania Pr. Vrb.legat.& comiti Claudij Cæsaris i Britannia consuli. Pr. Cos. Asiæ. legat.præt.Mœsiæ: in qua plura quam centum milia trans Danubiorum ad præstanda tributa cum coniugibus ac liberis & principibus aut regibus suis transduxit: motum orientem Sarmatar. cõpressit: q̃uis parte magna exercitus ad expeditionem in Armeniã misisset ignotus ante aut infensos.p.r.Reges signa romana adoraturos aut hostibus receptos remisit:ab aliquis eorum obsides accepit:per quem pacem prouinciæ & confirmauit & protulit. Scytarꝫ quoqꝫ regẽ Acheronensi;q̃ est ultra Boristenen obsidione submota primus ex ea p̃uincia magno tritici modo annona. P. R. adleuiauit hunc legatum in Striniam præfert Vrbis remissum. Senatus in

præfectura

præfectura triumphalibus ornamentis honorauit au-
thore Imp. Cæsare Aug. Vespasiano. uerbis exornati-
one eius. Q. I. S. S. mœsiæ ita præfuit: ut non debuerit
in me differri honor triumphalium eius ornamentorum
nisi quod latior ei contigit mora titulus præfecto vrbis
Imp. Cæsar Aug. Vespasianus iterum Cos fecit. Erant
& alij pontes: ut pons meruli via Portuensi apud diru
tam ecclesiã sancti Petri a Deo primo dato. pp. fundatã
apud quẽ sunt litteræ incisæ.

DD. M. M. ANT. ANTII LVPI PR. vt dicã
in epyth. opusculo: nũc uulgo dicit̃ el ponte del archa.

DE MONTIBVS & collibus Vrbis.

Montes in Vrbe septem numerantur principa-
les: teste Vergilio qui scribit:

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma.
Septemq; uno sibi muro circundedit arces.

Quorum nomina sunt hæc. s.
Capitolinus: Palatinus: Auentinus: Celius: Exquilinus:
Viminalis & Quirinalis.

Fabius enim pictor e Fabiorum nobili familia dicit:
Facies tunc agri huius instar arcus erat: cuius corda es-
set alueus Tyberis: cornua ad solis quidẽ ortũ: rupes
auentina & ad occasum capitolina: media palatina. Ea-
dem palatina rupes Tyberim a fronte prospicit: a sini-
stris celio: a dextris exquilino iungitur. Auentinus autẽ
a fronte tyberim & Capenam tenet: ad dextrã Celio-
lo ac Viminali hæret. Capitolium ante se Cyberim
& portam

& portam carmētalē cernit:hæret illi. Quirinalis. Has rupes antiqui:septem colles & septē montes appellauerunt. Area huius arcus est:quicquid campi iacet inter Auentinū & Capitoliū: & a Palatio ad Tyberim. Idē Fabius dicit nomina collium ueteris Romæ hæc sunt. Capitolium:Quirinalis:Exquilinus:Palatinus: Celsus: Celiolus:Rumurius.qui & Auentinus.

Mons Palatinus est: ubi palatium maius: in quo Roma Itali filia condidit Valentiā oppidum. postea uero Euander ex arcadia ueniens:habitauit cū suis: Herculē. qꝫ in hospitio ibidem recepit:in quo loco Aeneas teste Cephalo Gergitio:primum ædificare cœpit: cui Rap. Vol.cōsentit:in quo postea Romulus Romā oppidulum:teste Fabio pictore:regiā Metropolim uertit: inqꝫ Palatino colle fundauit: & in eo monte fuit sedes po. Ro.Palatiū a Palatiuis ex agro reatino ibidē considentibus:uel a Palatia uxore Latini regis:uel a palātheo archadiæ oppido:seu a balatu ouiū dicitur.

Mons Capitolinus:qui & Tarpeius nominatꝰ: a Tarpeia uirgine.Capitolinus uero a capite hominis inuēto Hūc mōtē saturniū antea uocarūt a Saturno: qui ibidē habitauit.Fab.pic.ait.Prima igiť origo Romæ fuit collis capitolinus:antea saturnius dictus.Is est ubi nūc sancta Maria ara coeli & arx capitolij.Diuidiť em̄ in duos colles:teste Gellio & pōpo. Læt.in capitoliū.f.& arcē. Mons Auentinus: qui & Rumurius : in quo habitauit Atalas Italus teste Fabio:ad radices cuius iuxta Ty-

berim

berim ope atq; consilio Iani capenam oppidulum con didit: & regionem eius permissu Italiam dixit: in monte erat silua laurea Ioui sacra: & fons Fauni: Atriũ libertatis & spelunca chaci: & alia multa aedificia. Auētinus dicitur ab aduentu hominũ: seu ab Auentino rege Albanorũ ibidem sepulto: seu ab auibus auctore Meuio: uel a uehando: q cum mons a caeteris partibus urbis paludibus esset exclusus: uehebantur ad illũ homines: quem Romulus teste Fabio neminē passus est habitare. Nam fratri Remo illum sacrũ esse uoluit usq; ad Hyemam Tyberinam: de qua Ouidius in fastis.

Adiacet antiquus Tyberino latus Hyiernae
Pontifices illuc nunc quoq; sacra ferunt.

De quo loco Berosus & Io. ann. dare dixerunt. Mons praedictus auētinus est: ubi ecclesia f. S abinae. Fabius dicit tres colles primũ coluere ante Romulũ: mediũ quidē Roma filia Itali: extremos uero Saturnus & Italus. Atriũ libertatis. Atriũ ꝓprie ab atriatribus tuscis teste Var. appellatum genus est aedificij: ante aedē continēs mediam areã: ut inquit Festus pom. Victruuius uero scribit lib. vi. atria ianuis esse ꝓxima. Liuius scribit atriũ libertatis Romae fuerat uetustissimũ: & obsides tarentinos in dicto atrio custoditos fuisse: scribit praeterea refectum fuisse ampliatumq; ab Heliopeto & Cor. cethego cēsoribus. Suetonius uero ab asinio polliōe atrium libertatis refectũ fuisse scribit. Nōnulli uolũt porticũ veste fuisse: ubi nũc tres columnae: quas dixi e ponte

palatino

palatino esse:& aliae tres capitolij aliud atriũ a Tito & Domiciano instauratũ:in quo sunt nõnulla signa litterarum:uidelicet RESTITVER.
Mons Celius a Celio vibiennio tusco duce nobili: qui cũ suis in auxiliũ Romuli uenit contra Latinorꝝ regem Acronẽ:& incipit a basilica lateranẽ.& terminum ponit ubi nunc est ecclesia s.Gregorij: & includit ecclesias Mariae in Dominicae & Stephani rotundi: & Ioannis & Pauli:ac Petri & Marcellini in radicibus eius: & alias nonnullas ecclesias.Et ibi prope est quatriuiũ.s.inter Caelium ipsum & Exquilias.In quo monte erant aedificia sumptuosa:ut dicet̃ infra:uestigia quorꝝ adhuc multis in locis uisuntur in uinea domini Achillis de Ciampolis de castro plaebis: in qua saepe fui cum.d.Iuliano Marasca:& Bartholomeo cynisco.Mõs exquilinus est omnium altissimus:in quo loco nũc est ecclesia sanctae Mariae maioris:prope quam erat Basilica Sicimini romani.Marcus varro dicit.Exquiliae duo mõtes habiti: quod pars Cespius mons suo antiquo nomine: etiam nunc in sacris appellatur:est & mons oppius.Exquilie teste Pomponio Laeto:incipiunt ab ecclesia sancti Petri a uinculis:& protẽduntur usqꝫ ad sanctae Crucis:inde ad termas dioditianas: illinc circumeundo includit ecclesiam sancti Andreae & Antonij atqꝫ Praxedis & alias nonnullas: ab escubando dicitur: quod ibi escultae a Rege Tull.essent : uel quod ante Vrbem conditam, ut nonnullis placet.Collis ille aucupibus erat in

usum:ut sparsis. Quisquiliis aues illuderentur.
Mons Quirinalis est:in quo sunt equi marmorei:a Fidia & Praxitele sculpti:pars cuius infima solo adæquata:ut columna Traiani in foro suo posita melius circũspici posset:qui prius mons Egonus appellatus est: in quo loco & monte est ecclesia sanctæ Agathæ in Subura:ubi & decẽ tabernæ fuerũt:ut in tiburtinis lapidibus nouiter effossis apparet: qui mons teste Dionysio lib.ii. hæret Capitolino:dictus a Iunonis sabinæ tẽplo: quam illi hastatã siue curim:id est quirim uocãt. Eundo uero a sinistris est uallis inclusa parietibus : ubi fiebant Floralia:& mõs a dextris habet domũ Cardinalis Neapolitani in parte Quirinalis mõtis: qui uocatur mõs Claterae & Apollinis. Mons uero a dextris uocãt Capitolium uetus:ubi fuit templũ Iouis antiqui.
Mons uiminalis a uiminibus dictus:tẽdit ad thermas usq; dioclitianas. Marcus eñ Varro colles Exquilliarũ:nõ montes appellat:in hæc uerba. Tertiæ regionis colles quinq;:a deorũ phanis appellati sunt:equis nobiles duo colles Viminalis ab Ioue uimineo: cuius areæ ibi sunt:& Quirinalis a phano Quirini: uel ab ipsis Quiritibus: qui cum Tacio curibus uenerũt Romã: & ibi castra posuerunt:in quo monte est ecclesia sancti Laurentii: panis & perne:ut dicĩt. Qui colles Quirinalis & Viminalis coniungũtur prope portã Viminalẽ:quæ proxima est portæ Collinæ:tamen de uiminali sunt nonnulli qui aliter sentiunt.

Est & mons

Est & mons notissimus inter ecclesiam sancti Saluatoris de Lauro & ecclesia pacis: qui uocat Iordanus mōs in quo ædes Vrsinorum sitæ uisuntur.

Est & mons Ianiculus siue aureus intrans Tyberim: in quo Ianus habitauit: ubi nunc est ecclesia sancti Petri in monte aureo: qui in Ethruria non in Roma. Plinius tertio libro. Saturnia ubi nunc Roma. Antipolis uero ubi ianiculum in parte Romæ.

Collis Vaticanus ubi ecclesia sancti Petri apostoli & palatium pont. de quo Festus Pompeius. Vaticanus collis appellatus est: eo quod potitus sit populus Ro. uatū responso pulsis æthruscis. Aulus uero gelius libro. xv. scribit: Et agrum Vaticanum: & eodem agri dominus præsidem appellatū acceperamus a Vaticinijs: quæ ui atq; instinctu eius dei in eo agro fieri soliti essent. Sed præter hanc causam. M. Varro in lib. diuinarū: aliā esse tradit istius nominis rationē. Nā sicut Arius inquit appellatus: araq; ei statuta est: quæ est infima noua via: q; eo in loco diuinitus uox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus: penes quem essent uocis humanæ initia: quoniam pueri simul atq; parti sunt: eam primam uocem edunt: quæ prima in Vaticano syllaba est: iccirco uagire dicitur exprimi mente uerbo sonū uocis recentis: in quo colle erat Templū Apollinis & locus dausus: in quo equos regebat crudelis Nero.

Collis hortulorum est: qui surgit a dextris apud ecclesiam sanctæ Mariæ de populo: in quo Neronis ossa se-



C pulta

pulta fuere:ex quo colle teste Pomponio candidati descendebant:albis uestibus magistratũ petituri: qui nũc mons siue collis Pincius appellatur.

Mons citatorium est in campo martio:non longe a columna Aurelij Ant.pij:qui corrupte hodie mõs Acetorium dicitur: locus erat Comitiorum.i. Romanorũ: qui postq̃ citati suffragia intra septa cõtulerant:ne laturus se denuo immiscerent: ab alijs separabantur: Vulgo dicunt eum tumulum factũ esse ex regestione fundamentorum columnæ antoninæ.

Mons Testatius inter Auentinũ & Tyberim atq; portuensem portam:intra mœnia surgit:in quo loco erant Collegia figulorum a Nũma rege Ro.instituta. Auctus fuit in purgatiõe fluminis:in quo nostra ætate adhuc sicut in campo martio fiunt ludi taurini tẽpore Bacchanaliorum.Petrus enim Marsus ostendit mihi nonnulla super Festum pompeium:qui scribit: Tarentum locus in campo Martio dictus:q eo loco Ara ditis patris in terra occultaretur. Tauri appellantur ludi in honorem deorꝝ inferorꝝ facti:instituti autem uidetur hac de causa regnante Tarquinio Superbo:cũ magna incidisset pestilentia in mulieres grauidas:que fuerat facta ex carne diu uendita populo Taurorꝝ:ob hoc dijs inferis instituti:& Tauri uocati sunt. Aliæ figuline erãt extra portam Viminalẽ a dextris:ubi surgit adhuc collis eius materiei.Sũt & alij montes seu colles minores: ut est mons Celiculus siue celiolus apud Celium montẽ:

quem

quem Tullius rex addidit Vrbi cum monte Exquilino & Viminali. Extra urbem prope portam Collinā erat locus subterraneus in tumulo: ubi Vestales uirgines stupro siue incestu deprehensæ uiuæ fodiebātur cum pane & aqua: Plura de his Plutarchus in uita Camilli. Mons sacer ultra Anienem extra portam collinā: quo plebs a nobilitate secedens diu habitauit.

DE AQVAEDVCTIBVS

IVlius Frontinus aquas Vrbis tantūmodo suo tempore nouem fuisse scribit. Sextus uero ruffus (qui Frontino posterior) Diocleciani temporibus urbem Romam descripsit: aquas ad decem & nouem fuisse. s. Aureliam: Appiam: Aniam: Atticam: Augustam siue Alsietinam: Algentianam: Antonianam: Alexandrinam: Claudiam: Ceruleam: Cuminā seu Ciminiam: Damnatam: Iuliam: Martiam: Sabatinam: Seuerianam: Traianam: Tepulam: & Virgineā seu Herculeam. E quibus nunc una solūmodo urbē influit: scilicet Virginea in campo martio: ubi lapis marmoreus cum his litteris appositus est.

TYBERIVS CLAVDIVS DRVSI FILIVS Cæsar Aug. Ductus aquæ uirginis destinatos p Cæsarē fundamētis nouos refecit ac restituit. Quamuis nonnulli. M. Agrippe laudē attribuant Philip. Be. ait. M. Agrippa in ædilitate sua Romā duxit aquā virgineā: præterea fontes fecit centum quinq; Castella. cxxx. complura etiā cultu magnifico ac ope-

 ribus &

ribus: & gratuita tribuit balnea centũ sexaginta. Plinius lib. xxxvi. Aqua Virginea a Virgine quadã dicta: quod cũ quærerent aquam milites Ro. Virgo uenas aquarũ monstrauit: quam prædictus Agrippa obduxit ab octauo lapide diuerticulo duo mil. passuum prænestina uia iuxta Herculaneũ riuum: quem refugiens Virginis nomen obtinuit. M. Agrippa teste Plinio: in ædilitate sua adiecta Virginea aqua cæterisq; corriuatis atq; emẽdatis: lacus septingẽtos fecit. Forma ipsius aquæductus adhuc apparet in urbe: in quo loco nõ lõge ab ecclesia S. Siluestri in campo Mar. super ueterẽ arcũ in tyburtino lapide infrascriptæ litteræ uisuntur.

TITVS CLAVDIVS Drusi Cæsar Augustus germanicus Põtifex maximus. Trib. potes. V. impe. xi. PP. Cos. Desig. IIII. arcus ductus aquæ Virginis disturbutos per. C. Cæsarem: a fundamentis nouos fecit ac restituit. Nõnulli uolunt septẽ aquæductus principales in Vrbe fuisse. Primus omniũ fuit: in quo erat clarissima aquarũ omniũ: toto orbe frigoris salubritatisq; palma præconio urbis martia inter reliqua deum munera Vrbi tributa: antiquitus em̃ Aufeia uocabat̃. Oritur ũo piconia in ultimis montibus Pelignorum: transijt Marsos: fucinũ lacum Romã usq; perueniens: mox specu demersa in tyburtina se aperit nouem millibus passuũ fornicibus instructis per inductũ primus in Vrbem dictã aquam inducere uoluit. Ancus Martius rex in Capitolium. Postea. Q. martius in pretura: rursusq;

rursusq; restituit. M. Agrippa cõcipitur Via Valeria. mil. xxx. prope sub lacu: quã ait suo tẽpore Frontinus in Auentinũ a Traiano perductã traianã fuisse dictã: ut apparet in lapide marmoreo fracto ac nuper effosso. Aqua martia concipitur a milliario. xxxvij. ut apparet in litteris super portam tyburtinam.

IMP. CAESAR DIVI IVLI F. Augustus põtifex max. Cos. xij. Tribunic. potest. xix. Impe. xiiij. riuos aquarum refecit.

IMP. CAESAR. Aurelius Ant. pius Felix Augu. Parthic. Max. Brit. max. Pontifex maximus Aquam Martiam uarijs Kl'ibus impeditam; purgato fonte: excisis & perforatis montibus: restituta forma: adquisito etiam fonte nouo Ant. pij aug. in sacram Vrbem suã perducendam curauit.

IMP. T. Cæsar Diui. F. Vespasianus aug. pon. maxi. Tribunitiæ pot. ix. Imp. xv. Cens. Cons. vij. Desig. ij. Riuũ aquæ martiæ uetustate dilapsum refecit: & aquã quæ in usu esse desierat reduxit.

Aqua Tepula erat: quam ex agro lucullano Seruilius Cæpio & P. Cassius longinus Censor in capitoliũ perducendam curauerunt.

Iuliam aquam. M. Agrippa ab inuentore uocatam: introduxit ex Tepula uia subterranea supra terram uero fictili structione opere arcuato.

Claudia uero quam Caius princeps introduxit ex fontibus Curtio & Ceruleo mil. xlvi. uia Subiacensi: Clau-

dius absoluit opere arcuato. Titus deinde restituit: ut cubitales litteræ super neuiam portam demonstrant.s.
TI. CLAVDIVS Drusi.F.Cæsar augustus Germanicus Pontifex max. Tribunitia potestate.xij. cos. V.imp.xxvij pater patriæ aquas claudiã ex fontibus qui uocabãtur Ceruleus & Curtius a miliario. xxxvi. Item Anienem nouam a miliario. lxij. sua impensa in urbem perducendas curauit.
IMP.CAES. Vespasianus Aug.pont.max.Trib.pot. imp.vi.Cos.III.Desig.IIII.P.P.aquas curtiam & ceruleam perductas a Diuo claudio: & postea intermissas dilapsasq; per annos nouem:sua impensa urbi restituit. Sunt ibi præterea & aliæ litteræ minores: scilicet:
IMP.Cæs.Diui.F.Vespasianus Augustus Pont.Maximus Tribunic.pon.imp.xvij.pater patriæ cẽsor cos. viij.aquas Claudiam & aniene perductas a diuo claudio:& postea a diuo Vespasiano patre suo: Vrbi restitutas cum capite aquarum a solo uetustate dilapsæ essent:noua forma reducendas sua impensa curauit.
Aniene ueterem.M.curtius censor cũ. L. Papinio annis.xl.post appiã perducendã de manubijs e pyrrocaptis curauit. Concipitur supra tybur.xx.mil.extra portã Romanã. Aniene uero nouã ope sumptuoso & structura mirabili Iulius Frontinus a Diuo Nerua curator aquarum factus restituit:ac in Vrbem perduxit.
Aqua appia post initium Sannitici belli inducta:ab appio claudio censore:concipitur enim in agro lucullano

qui nunc

qui nunc Tusculanus putatur uia prænestina.
Aqua alsietina:quæ & augusta dicebatur:seruiebat regioni trans tyberinæ cũ sabatina:quarũ una alsietina .s. Via claudia mil.xiiij.e lacu alsietino concepta:ob frigiditatẽ minus salubris:ab Augusto fuit introducta. Altera uero Sabatina est:a Sabatijs post Frontinũ memorata:harũ quoq; uisuntur uestigia aquæductus extra portam aureliã:quam sabbatinã existimo:alterius uero apud triumphalem pontem.Non nulli addunt beatissime pater:Septimianã:ut aquarum numerus Vrbis sit xx. Quæ quidem aquæ:uel a conditoribus: ut Traiana:uel a locis unde ducũtur:ut cerulea:nomẽ assumpsere.De prædictis aquis a Iulio Frontino:qui aquarũ curæ delegatus fuit:perpulchre scriptum est: ait enim:Hij sunt arcus altissimi subleuati in quibusdam locis pedũ centum nouẽ tot aquarũ tam multis necessarijs molibus:& quæ sequũtur. Plinius uero dicit.Vicit antecedentes aquarum ductus: nouissimum impendiũ operis inchoati a.C. Cæsare:peracti a claudio. Quippe lapideam excelsitatem omnes urbes & montes æquantem:ut lauacra impleret curtios atq; ceruleos fontes adductos:erogata in id opus talentũ quingenta sexaginta milia.Is est nunc aquæductus: quem a porta Neuia ad Lateranensem basilicam:& inde per celij mõtis dorsum:ad auentinum montẽ perductũ fuisse a cassiodoro mõstratur.In domo Ioannis ciampolini non longe a campo florido legi infrascriptas litteras in lapide

marmoreo multis in locis fracto: qui lapis repertus fuit apud ecclesiam sanctae Crucis.
IMP. Caesar. Diui. M. Antonini & Traiani. M. Sar. M. Filius diui Commodo. F. Diui Ner. Diui Antonini pij nep. Diui Hadriani pronep D.ui Traiani parthic. abnep. Diui Neruę abnepos. Septimus Seuerus pius pertinax Aug. arab. adiabenic. Partic arabic. pont. maxi. Trib. pot. viij. Impe. xi. cos. II. P. P. Procos. Et Impe. Caes. L. septimij Seueri pij ptinacis aug. arabic. adiabenic. Parthic. max. filius diui antonij pij pnep. Diui Hadriani pronep. Diui Traiani partic. & diui Neruę abnep. M. aurelius antoninus pius felix aug. trib. Pot. IIII. Procos. P. P. arcus caelemõtanos ob nimiã uetustatem collapsos a solo: sua pecunia restituerũt. Nõ longe a Laterañesi Basilica in Cęlio mõte est lapis marmoreus in aqueductibus cum his litteris sculptis: quãuis nonnulli scalptis dicant.
Imp. Ces. D. M. antonini pij Germ. Sarm. F. Diui Cõmodi Frater. Diui ant. Pij nep. Diui Hadriani pnepos Diui Traiani parthici abnep. Diui Neruę abnepos: & quae sequuntur: ut apertius dicam in opusculo de ueteribus epitha. Ro. quod quidem Reueren. Sixto nepoti sanctitatis tuę Vicecancellario & S. R. E. Car. tit. sancti Petri ad uincula dedicaui.
In arcu Tiburtino cõiuncto prędicto aquęductui inter ecclesiã sanctę Marię in dominicę & Io ã. & Pauli: sunt infrascriptę litterę incise uetustate consumptę
P.COR

P.CORNELIVS.P.T.DOL Abella. COS.
C.IVNIVS.C.F.Silanus Flamē.Martial. EX.S.C.
Faciundum curauerunt:idemq; probauerunt.

DE THERMIS

Thermas in Vrbe duodecim fuisse legimus principa-
les:uidelicet:

Antonianas:Agripinas:Alexādrinas:Aurelianas: Cō
stantianas:Diocliclanas:Domicianas:Gordianas: Ne-
ronianas:Nouatianas:Seuerianas:& Traianas. Erant
& Tytianæ Thermæ & Decianæ:Cōmodianæ & Sir
tacæ:Philippi:Aug.& Olympiades.

Thermæ erāt loca amplissima & sumptuosa: quæ aut
calentibus aquis:aut ipso sine aquis fornice igne calefa-
cto:lauādi sudandiq; usibus deputata sunt.Erant præ-
terea in Thermis lauachra in modū prouinciar; extru-
cta:ad lauādiq; usum balnea: & ne dum plano in solo
unicuiq; exposita:sed etiā pensilia. Erāt deniq; in Ther
mis ipsis Areæ amplissimæ:porticibus circūdatę sum-
ptuosissimis:camerataq; superbissimis fornicibus ędifi-
cia in circuitu habētes:in quibus columnar; diuersi co-
loris marmorear; ordines immensar; fuisse hinc con-
stat:ut in ipsis ruinis adhuc apparet cū parietibus diuer
sor; lapidum incrustatis. Erant & natatoria & nemo-
ra:& loca pauimentata uariis adornata picturis. Erant
& alia multa:populi ludis atq; deliciis exposita.

Thermæ ALEXANDRINAE ab Alexan-
dro Seuero principe ædificatæ fuere: uestigia quarum

apud ecclesiam sancti Eustachij uisuntur.
Thermæ AGRIPPINAE a M. agrippa factæ non longe a Pantheo & templo Mariæ super Mineruam: ut ipsarum uestigia demonstrant in loco: qui uulgo Ciambella dicitur.
Thermæ ANTONIANAE: quas Bassianus antoninus Caracalla inchoauit: & Alexãder pfecit: adhuc uisunẽ semidirutæ apud ecclesiã sancti Sixti: quarꝫ cellam soleare architecti negant posse ulla imitatione qua facta est fieri: nã rex ære uel cupro (ut ait Spartianus) cancelli superpositi esse dicuntur: quibus cameratio tota concredita est: & tantũ est spacij: ut idipsum fieri negant potuisse docti mechanis: ut adhuc uisunẽ ingẽtes ruinæ cũ altis parietibus ac semisepultis columnis.
Thermæ AVRELIANAE: quas hyemales fecit Valerius aurelianus imperator trans Tyberim: ut adhuc in nonnullis locis apparent uestigia.
Thermæ CONSTANTIANAE: apud equos tyriadis adhuc uisuntur semidirutæ in colle ipso quirinali: & ibidẽ in fracto lapide marmoreo. Petroniũ: qui Penna urbis præfectũ illas reparasse legitur.
Thermæ DIOCLITIANAE: non longe ab ecclesia sanctæ Susannæ adhuc extant: quas Constantius & Seuerus dedicauerunt: atqꝫ statuis suis conditorumqꝫ appositis ornarunt: ut in lapide marmoreo ibidem effosso litteræ ostendunt: scilicet
M. AVRELIVS Val. Maximiano inuicto Aug.
pont.

pont. Maxi. Imp. viij. Cos. iij. P. P. P.
In alio marmore translato ad plateam uulgo Cãmillia nam dictam: sunt incisae infrascriptae litterae.
THERMAS DIOCLITIANAS: a ueteribus princip. institutas omn.
In alio uero marmore inter ecclesias sanctorũ Andreae & Antonij posito apud gradus Tiburtinos: uisuntur infrascriptae litterae incisae: in nõnullis locis fractae.
SENIORES AVGG.
D. D. N. N. Constantius.
M. Aurelius & Maximianus.
Thermas Feli.
Maximianus Aug.
Pręsentia maie.
Fieri iussit & Di.
Domini Consecra.
Pro tanti operis. Pomponius uero Lętus lib. ij. scribit Thermę eius nomine Romę sunt consecratę: & Maximiani Herculij Carthagini. Thermę nominis Diocliti ani inchoatae fuerũt a ueteribus principibus: & consecratę ab nouis augustis Cõstãtio & Maximiano. Dioclitianus igitur inchoatum opus absoluerat omni cultu perfectũ. Secuti principes posuere ibi statuas & seniorũ & nouorum imperatorũ: quorũ capita integra: & fragmenta reliqua corporũ erui ex subterranea testudine: uelut ibi post ruinas Thermarũ conseruata uidimus: & partim in Capitolium delata: partim Florentiã missa

missa Constantius & Maximianus: inuicti augusti Seuerus & Maximinus Cæsares Thermas ornarunt: & Romanis suis dedicauerunt. Situe in nominibus ambiguitas. diximus: Hæc didicimus ex fractis marmoribus ibi effossis: in quibus & tituli uictoriarum Maximiani Herculij in hæc uerba.

M.AVRELIVS VAL.Max.inuicto aug. Ponti.max.Sarmatic.Maxi.Gothic.Maxi. impe. viij. Cos. iij.P.P.Proconsuli.Nil mirandum est Beatissime pater de ipsis maximis ac sumptuosis ædificijs Ro. Erant eñ domini orbis terrarum: & in prædictis Thermis ædificandis Diodicianus imp.& inimicissimus fidei christiane.cxl.Christianorũ millia: ad id opus pluribus annis in modum seruitij addixit.

Thermæ DOMITIANAE a Domitiano imperatore constructæ in campo martio; non longe ab ecclesia sancti Siluestri: uestigia quarum adhuc apparent diruta: marmoribusq; dispoliata.

Thermæ GORDIANAE fuerunt apud ecclesiam sancti Eusebij apud domum Giordanorum: quã Iulius capitolinus dicit extasse uia prenestina ducentas columnas uno stilo habentem.

Thermæ NERONIANAE erant in loco Thermarum alexandrinarum: quas Alexander impe. restituit. & alexandrinas dixit. Vel ut nonnulli uolunt: cum illis coniunctæ fuerunt: uestigia ipsarum apparẽt apud domum Reue. Car. de medic. Floren.

Thermæ

Thermæ NOVATIANAE fuere in loco ubi nunc est ecclesia sanctæ Pudentianæ in uico patritio: ut ruinæ adhuc indicant.

Thermæ SEVERIANAE a Seuero Aphro imperatore ædificatæ fuerũt in regione trãs Tyberina: teste Helio spartiano columnæ pulcherrimæ: quarũ cum marmoribus sunt in ecclesia s. Crisogoni & Ceciliæ.

Thermæ TYTIANAE a Tyto ædificatæ: nõ longe ab ecclesia sancti Martini in montibus: quæ capaces hodie dicunt̃ ob aquarũ capacitatem: uulgo sette sale. In quo loco inuẽta fuere duo marmora sculpta cũ flãma: in primo erant litteræ. IOVI. in. II. uero. IMP. Vespasianus aug. p collegiũ Pontificũ fecit. Post q̃s inter Aquilonẽ & Eurũ erant Thermę Philippi aug. imperatoris.

Thermæ DECIANAE erant in Auẽtino: quas ad honorem Decij impe. S.P.Q.R. ædificauit: apud quas erant & Thermę Syrianę seu variane. R. ap. uol. scribit priuata Traiani. i. ædes cũ Thermis in Auentino: teste P. Victore: ea nũc apparent quę in Vinea nostra comprehendũtur: nã eo usq; aqua. Itẽ Traiana deducebatur: ut ex marmoreis litteris repertis conspeximus. Notandum est: q ruinę quas uidemus apud trophea. C. Marij: a nõnullis therme Gallutij appellãtur: tamen teste Suetonio: fuit ibi insignis illa Basilica: quam G. Cęsar Caio & Lucio nepotibus extruxit: & usq; in hodiernum diem Caij Lucij nomen retinet: corrupte uero Gallutij.

Erant

Erant præterea in Vrbe Lauacra multa:ut fuit Agrippinæ lauacrũ ab Hadriano Impatore instaurato:uestigia cuius apud ecclesiã sancti Laurentij panis:perne uisuntur apud Thermas Olympiades in ascensu Viminalis:non longe a templo sancti uitalis:in quo loco fuerũt reperta simulachra duo Bacchi marmorea cũ fonte & fistulis plumbeis cum hac inscriptione.

IN LAVACRO AGRIPPINAE

Lauacrum cõmodi Imp. a Cleandro extructum fuit nomine ipsius Cõmodi. Spartianus nanq̧ ait. Enimuero pius primus. Marcus. II. Verus. III. Commodus IIII. Quintus Caracalla. vi. Getha. vij. Diadumenus viij. Heliogabalus antonini fuere:nec inter Antoninos referendi sunt duo Gordiani:aut qui prænomen tantum Antoninorum habuerunt.

Balnea & Balinæ:ut in marmore antiquo uidi sculptũ L. Pauli erant in colle Quirinali:uulgo nunc dicit̃ corrupto nomine magna napoli: non longe a turre militiæ:tamen Alexander imp. omnibus regionibus Vrbis addidit balnea: & hucusq̧ Alexandrina balnea dicuntur balinæ in genere fœmi. sunt pub. in genere autem neutro priuata balnea teste Varrone: quæ omnia Phili. Bero. confirmat.

Balinæ & balnea in urbe fuerunt numero. dccccdvi
Lacus siue putei pub. numero. ccclij.
Latrinæ uero pub. dij

DE NAVMACHIIS ET CLOACIS

Erant enĩ

ERant enim Naumachiæ stagna naualia in Vrbe in quibus decertabatur nauibus. E quibus principales quinq; fuisse legimus.
Apud circummaximum erat Naumachia.
Apud arcum Domitiani erat Naumachia ipsius Domitiani: ut adhuc uestigia in campo Martio non longe ab augusta adhuc apparent.
Erat prætetea Naumachia Neronis ad radices montis aurei: ea parte qua itur a Pertusam portã in Vaticano.
Cloacæ amplissimæ a Tarquinio rege Ro. factæ fuere in Vrbe: ut adhuc in uelabro & iudæorum platea uidere possumus: ac etiam in uinea domini Bartholomei de doxiis apud Colosseum.
Cloaca uero maxima est prope Ianum in Velabro: ut multi asserunt. Erant & aliæ q̃p multæ Cloacæ per Vrbem: adeo ut pensilis urbs tota uideretur. Liuius enim ait Tarquinius: Foros in circo faciendos curauit: & cloacam: quæ maxima receptaculum omniũ purgamentorum Vrbis sub terram agendam: quibus operibus uix noua hæc magnificentia quicq̃p adæquare potuit. Idẽ Plinius lib. xxxvi. Præterea cloacam operũ omniũ dictu maxima suffossis mõtibus. atq; (ut paulo ante dixi) Vrbe pensili subtusq; nauigata.
Id M. Agrippa fecit in ædilitate post consulatum corriuatis septẽ amnibus cursu præcipiti torrentiũ modo rapere atq; auferre omia coactis. Strabo uero ait. Cloacæ duro cameratæ lapide paruas carris stramentorũ

ſemitas reliquerunt. Tanta autẽ per aquęductus aquarum ubertas influit ut per Vrbẽ: atq; Cloacas amnes inundare uideantur: & uniuerſę propemodũ edes ſub terraneos meatus: ſiphones ad fiſtulas undoſas habeant. Quorum accuratiſſimã diligentiam. M. Agrippa egit: qui urbem pluribus aliis monumentis adornauit. Quę cloacę ad ripam uſq; aluei fluminis deſcendebãt ut adhuc in nonnullis locis apparet. Erant preterea curatoris pub. ut in lapide marmoreo apud pontẽ Aureliũ litterę indicant. ſ. IMP. Cęſaris diui Traiani parthici F. diui Neruę nepotis Traiani & Hadriani Aug. pont. maxi. Trib. pot. xxij. imp. II. Cos. III. Tyrr. Ruſticus curator aluei & riparum Tyberis & cloacarum Vrb. R. R. reſtituit ſecundum preſidentẽ terminationẽ proximam. I. C. P. P. I. V. X. S.

Non lõge a quo loco eſt alia inſcriptio in marmore inuerito in Vinea Laurentij Palucelli. ſ.

EX Auctoritate Imp. Cęſaris diui Neruę. F. Ner. Traiani Aug. Ger. Daci. Ponti. Max. trib pot. vij. imp. IIII. Cos. V. P. P. T. Iulius Ferox curator aluei & riparum Tyberis & cloacarum urbis terminauit ripam. R. R. Prox. C. P. P. P. C. X. V. a Fabio. A. F.

DE CIRCIS

Circi tres erãt in Vrbe principales: uidelicet: Maximus apud Palatiũ. Neronianus in Vaticano. Flãminius ſiue Apollinaris in campo martio. Circummaximũ a Tarquino: poſtea uero a Cęſare dictatore extinctum

fuiſſe

fuisse legimus: longitudine stadiorum trium: latitudine uero unius: in quo loco erant plurimae columnae cum aureis epistiliis: apud quem erat metodiū: & templum Flauiae gentis & Naumachia. cuius postea lapide maximus circus deustis utrinq; lateribus extructus est: in quo loco fiebant ludi circenses. Diuus Claudius fecit carceres marmoreos & methas deaurauit: unde equi discedebant reuertebanturq;. Maximus circus dicitur: quia maximo deorū Vertumno Iano sacratus: teste Annio Viterb. in elegiae Vertunianae cōmentarijs. Non longe a quo erat Argiletus: ab argo Euādri hospite dictus. Fabius pictor ait superior. Argiletos dicit in principio Vici trusci sub Celiolo inter circūmaximū & auētinum letum simul argi & sepulchrū est. Imus uero Argiletus est ubi Ianus quadrifrons: qui & Vertūnus in fine Vici thusci ad radices Capitolij in Fo. Boario ubi saturniae uestigia. Circus Nero. in Vatica erat: in quo ipse Nero nōnunq; circenses ludos fieri instituit: ac persepe illic aurigabat: equosq; regebat. Circus Flāminius ubi nūc est ecclesia sancti Angeli in piscina: & totum illud spaciū usq; ad plateā iudeorū. Circus Flāminius dicebatur: uestigia cuius aedificij apud domū dominici de Mattheis diruta uisuntur: ut placet Pomponio Laeto. Tamen nonnulli dicunt illud fuisse theatrum Balbi a C. I. Caesare dedicatum: & in campo Martio circū Flāminiū fuisse in loco ubi nūc Agonis platea dicitur: & hoc propter uiā Flāmineā apollinarē postea dictū:

ut eius uestigia demonstrãt: in quo circo ludi celebrantur Apollinares. Pandulphus lateranẽsis Ostiarius ecclesiæ scribit Adrianũ pontificem primũ eo ædificasse ecclesiam sancti Apollinaris in loco ubi prius: in circo Flãmineo Apollinis ædes fuit. Eo in circo erãt carceres bigarũ & quadrigarum: & loca diuisa patribus equiritibusq; urbis: ut spectacula facerent. Circus eñ dicitur a circuitu. Agoniũ dies appellabatur: ut ait Sext. pomp. & Gellius quo rex hostiã immolabat: unde agonia. i. sacrificia quæ fiebãt in monte Quirinali: est agonius ludus sic dictus: quia locus in quo ludi in initio facti fuere sine angulo: cuius festa agonalia dicebantur.

DE THEATRIS ET Amphiteatris.

Pompeius magnus inter alia ornamenta fecit theatrũ ante curiã suã: quod quidẽ Nero imp. nobilibus Germanis po. Romani magnitudinẽ ostẽsurus: eos in Pompei Theatrũ populo plenũ introduxit: postea uero unius diei opa inaurauit: ut Tyridacẽ Armeniorũ regẽ exciperet. De quo Leo Bapt. Flor. dignũ opus & Pompeio & uictric. Ro. in quo erãt orchestra & subgestũ Scena histrionum & hyposceniũ colũnis marmoreis & statuis exornatũ: de quo Aulus gellius in. ix. mentionem facit. Quũ Pompeius inquit: Aedem uictoriæ dedicaturus foret: cuius gradus uice Theatri essent: nomenq; eius & honores inscriberet. Vestigia prædicti Theatri ex tabulo ædium Car. in campo Flor. adhuc uisuntur. Nam tempore Blondi literæ in

terae in marmore fracto repertae fuere de Genio Pompei & Theatro ibidem effossae. Et quicquid a platea eidem campi & iudaeorum ad Rosae monasterium continet: aedificia Pompei fuisse constat.
Theatrum Marcelli a Caesare ceptum: non longe erat ab ecclesia sancti Nicolai in carcere: ut ipsa uestigia diruta demonstrant: iuxta quod erat sacrarium a Numa institutum circa imum argiletum.
Theatrum Balbi erat in regione.ix. quod quidem. Cl. Caesar dedicauit: & appellatur Balbi a uicinitate Cryptae ipsius.
Caius Callicula imp. aedificauit amphiteatrum iuxta septa in cãpo matt. uarijs statuis & columnis exornatũ.
De Marci Scauri Theatro nil dicam: in aedilitate enim sua tria millia signorum aureorum in scena tantũ fuere temporario Theatro e marmore. s. & uitro & auratis tabulis confecto: in quo erant. ccclx. columnae marmoreae: teste Plinio libro. xxxvi. in quo scribit de duobus theatris amplissimis. C. curionis: cuius genus luxuriae nec antea nec postea uisum est.
Amphiteatrum Tauri Statilij erat apud ecclesiam. s. crucis uarijs exornatum marmoribus: ut uestigia ipsius ibidem diruta cernuntur.
Amphiteatrum Titi & Vespasiani notissimum in media Vrbe miro lapide tyburtino extructum: a Domiciano perfectum: cum incrustatione intrinsecus: & extrinsecus cũ signis: & in singulis superioribus arcubus

erant ſtatuæ marmoreæ: ibi ſiebant ludi. Sub tãto ædi-ficio ſunt cloacę teſte Pompo. adeo ut pars ędificij ſuſti-neatur a cloacis. Noſtro tẽpore Colloſſeũ uocat: a Ne-ronis colloſſo: qui ſtabat in porticu domus aureę: & iuxta prędictũ amphiteatrum conſtructus fuit. In quo erant duo fontes: ex quibus aqua puriſſima ad turbã recreandã procedebat. In dedicatiõe cuius quinq; millia ferarũ genera occiſa ſunt: in quo loco prius ſtagna Neronis erant. Marcialis em̃ dicit.

Hic ubi conſpicui uenerabilis amphitheatri
 Erigitur moles: ſtagna Neronis erant.

Non longe a quo eſt fragmentum lateritiæ turris rotundæ iam incruſtatę marmoribus; ſuper quam erãt Iouis ſimulacrum.

Erant & alia Theatra extra Vrbem: ut apparet apud eccleſiam ſancti Sebaſtiani & ſanctæ Agnetis.

In omnibus theatris erat cauea theatralis: quę eſt conseſſus ubi populus ſpectat.

Theatrum dicitur hemiſperium ſeu uiſoriũ grece. Latine uero ſpectaculum emicicli ſpecie conſtructũ erat. Amphitheatrum uero quaſi in unũ iuncta duo uiſoria: recte conſtat eſſe nominatũ ſpectaculorum gratia, forma rotũda: & ueluti ex duobus conſtans Theatris.

DE AERARIO ET pecunia pub.

LOcus ærarij antiquitus fuit in rupe Tarpeia in templo Saturni & Opis eius uxoris: ut adhuc diruta fundamentorũ ueſtigia cernunt̃ ab ea parte qua

itur ad

itur ad ecclesiã sancti Nicolai in carcere: ubi nũc parua est ecclesia sancti Saluatoris collapsa in minenti Hospitali sanctę Marię de porticu: quę uocat̃ sanctus Saluator in ærario: & horrea uicina uocantur in ærario.
Romanorũ ærariũ erat in æde Saturni: quoniã in Italia Saturnum primũ instituisse nũmos signare dicitur: teste Cypriano. Macrob. uero sic refert. Aedem Saturni ærariũ Romani esse uoluerunt: q tempore quod incoluit Italiã: fertur in eius finibus nullũ esse furtum cõmissum: aut quia sub illo nihil erat cuiusq priuatum. Plu. be. ait. Primus autẽ omniũ Valerius publicola exactis regibus ædem Saturni ærariũ declarauit: ductus opportunitate loci: & apertũ & ab insidijs tutũ: & in primis munitum animaduertit. Tullũ Hostilium quidã consecrasse templũ Saturni ferunt: quidam Luciũ Tarquinium. Varro uero refert Titum largiũ dictatorem ædem Saturni saturnalibus dedicasse. Liuius autem a Planco restitutũ fuisse Aulo Sempronio: & M. minutio Cons. in quo pecunia po. Ro. conseruaretur. Eratq ibi tabularium: in quo tabulæ pub. æneæ seruabantur: teste Cicerone. Traianus uero imperator ęrariũ quod sub Capitolio erat: in nouam ædem Saturni traduxit. ubi & libri Elephantini seruabantur: in quibus. xxxv. tribus erãt conscriptę cũ libris lintheis: in quibus quidẽ Annales conscribebantur a Pontificibus.
Erat præterea in ipso ęrario locus secretior: ubi uectigaliũ uigesima teste Liuio seruabatur. Locus ultimi ęrarij

erat ubi nunc est perpulchrum Templum in honorē diui Hadriani martyris dedicatum. Non longe a quo erat officina cudendæ pecuniæ. Seruius enim Rex Ro. primus in Vrbe signauit æs: signatumq́ʒ est antiquitus nota pecudum: unde & pecunia appellatur. Argentum uero signatum est anno Vrbis. DLXXXV. Nota æris Romanorum fuit Ianus geminus ab una parte: ex altera uero rostrum nauis. Nota autem argenti fuerūt bigæ atqʒ quadrigæ: unde bigati atqʒ quadrigati. Aureus uero nūmus post annū sexcentesimū quadragesimum septimum percussus est: q̄q̄uis nonnulli post sexagesimum annum uelint.

Auri in populi Ro. ærario fuere Sexto Iulio Lucio Aurelio consulibus pondo septingenta uigintisex: argenti uero nonagintaduo mill. & extra numerum trecenta & septuagintaquinqʒ mill.

Item Sexto: Lucio: Iulio: Aurelio cōsulibus: hoc est belli socialis initio: octingēta quadraginta septem pondo. Cæsar primo introitu in ciuili bello: ex ærario protulit laterum aureorum trigintasex millia: & in nūmis pondo trecenta. Asconius scribit Aerariū dici pro priuata pecunia: Fiscum uero pro publica: q̄q̄uis nōnulli dicant ærarium pro repositorio pecuniæ pub. capiatur: fiscus uero pro pecunia imperatoris.

Tarpeia rupes foro Ro. imminebat: unde primo sontes præcipitabantur & damnati.

DE FORIS ET CVRIIS

ERant em̄ in Vrbe Fora.xvij.principalia.s. Forum Romanū.Forum Cesaris.Fo.Augusti:Neruę:Traiani:Diocliciani:Aenobarbi:& Salustij.Forum Boariū:Pistoriū:Holitorium:Gallorum:Rusticorum:Suarium:Archemoniū:Piscariū & Cupedinis.Forum Romanū ab arcu Seueri & hortis Mariæ Gratiarum:ad radices Palatini usq; ad ecclesiā sanctorum Cosmæ & Damiani tendebat:ampliatum fuit a.C.Cæsare:postea uero ab Augusto imperato.quod olim Cæsar totum intexit uelis:& Cato Censorius sternendū muricibus censuerat:ut ita litigantes ejcerētur:in quo erāt Tabernæ nouæ septē:quod forum dictum fuit.Et Forum Latinum:in quo stabat Domiciani collossus:teste Papinio.Latialis Iuppiter in Albano monte colebat̄.Dionysius libro iiij.histo.auctor.Lactantius latialē Iouem a latinis coli solitum humano sanguine.Erat ibi praeterea suggestū rostris nauium extructum.Liuius in octauo ait.Erant ergo rostra ad radices Palatini montis.Seruius uero dicit:Romanum Forum est:ubi nunc rostra sunt.Erat & Sacratarium Senatus Theodosij tēpore:ut litteræ incisæ demonstrant in maiori capella ecclesiæ sanctę Martinæ apud carcerem Tullianum:ujdelicet:

SALVIS Dominis nostris Honorio & Theodosio Victoriosiss.Principibus secretariū amplissimi senatus.Quod uir illustris Flauianus instituerit:& fatalis ignis assumpsit:Flauius:Annius:Eucharius:Epiphanius.V.C.Praef.Vrb.uice sacra.I.V.D.reparauit:& ad

pristinam

pristinam faciem reduxit:
In qua ecclesia tabulis marmoreis antiquae celaturae parietes undique exornati sunt.
Forum Cęsaris erat apud for. Ro. statuis & pulcherrimis columnis decoratum: de quo Ouidius.
Haec sunt fora Caesaris inquit.
Quod Forum inter magnifica opera Vrbis enumerat Plinius; cũ solum tantũ foro extruẽdo sextertijs mille ducentis Caesar dictator emerit: in quo loricatam sibi fieri statuam passus est.
Forum Augusti erat apud ecclesiã sanctorum Cosmae & Dam. uersus Turrim Comitum. Caesar enim Augustus aedificauit forum cum aede Martis ultoris: & in eo Castorem & pollucem cum uictoria & Alexã. magno: & imagine belli insignia opera Apellis posuit. Aulus uero Gellius dicit statuam Coruino. Diuus Augu. in foro suo statuendam curauit: & in eius statuae capite Corui simulacrum: rei & pugnae ornamentũ: quod forum postea ab Hadriano instauratum est.
Forum Traiani ab ipso Traiano extructum & dictũ apud columnam eius Codidem: in quo posuit lapidẽ marmoreum cum his litteris.
Talem Priuatis imperatorem esse oportere: quales sibi priuatos optat habere.
Forũ Neruę siue transitoriũ: quod a Traiani ad alia Fora transiebat: apud palatium ipsius Neruę: ut adhuc cubitales litterę dirutę; apud decem ingentes columnas
marmoreas

marmoreas apparent.
IMP.Nerua Caes.Aug.Trib.potes.III.
IMP.Helius (ut Spartianus dicit) statuas colossas uel pedestres:nudas uel equestres diuis imperatoribus in foro diui Neruae:quod transitoriū dicit:locabat omnibus cū titulis & columnis aereis: quae gestorum ordinem continerent.

Forum Piscariū erat non longe ab ecclesia sancti Georgij coniunctū in Foro Boario: q̃uis nonnullis placeat apud ecclesiam sancti Nicolai in carcere dictum forū fuisse. Varro uero lib.i. Secundū inquit Tyberim ad Ianium est forum piscarium.Erat ibi & forum Iugariū a uico iugario dicto:ubi sacra iuga bobus ꝓ inauguranda Vrbe posita sunt.

Forum Boarium erat ubi nunc est ecclesia sancti Georgij in Velabro: in quo erat statua Herculis ab Euandro antiquitus sacrata: quae uocabatur Triumphalis: & usq; ad tēpora imperatorꝝ per triumphos uestiebatur habitu triumphali teste Plinio: Erat & Ianus geminus a Nūma rege dicatus:qui pacis belloq; argumētō colitur:in quo & bos aeneus stabat. Vnde Ouid. in Fastis. Hic ubi pars Vrbis de Boue nomen habet.

In monumentum quod ibi ceptus est sacer sulcus a Romulo auctor est Cor. uel a boue Herculis:qui ob uictoriam contra Caccū bouem sacrificauit. Ouid. Immolat ex illis thaurum tibi Iuppiter unum.

Non longe a quo stat arcus marmoreus cum statuis

ac litteris uetustate consumptis: uidelicet
IMP. CAES. Lucio Septimio Seuero Pio Pertinaci Aug. Arabic. Adiabenic. Part. Max. Fortissimo & Felicissimo Pon. max. Trib. pot. xij. impe. xi. Cos. III. pater Patriæ. Et
IMPE. Cæs. M. Aurelio Antonino pio: Felici. Aug. Trib. potest. vij. Cos. iij. P.P. Procos. Fortissimo Felicissi. Q. Principi. Et
IVLIAE aug. matri. Aug. N. Et castrorũ & senatus & Patriæ Et imp. Cæs. M. aurelij antonini pij felicis aug. parthici. Max. Britannici Maximi.
Argentarij & negociantes Boarij huius loci: qui uehẽt deuoti numini eorum.
Forum Holitorium non longe erat ab æde Vestæ.
Forum Salustij erat in Quirinali post templũ ubi fuit ecclesia s. Sabinij apud ecclesiam s. Susannæ.
Forum Suarium erat in loco ubi nũc est ecclesia sancti Nicolai in porcilibus: quod adhuc nomen retinet non longe ab ecclesia sanctorum. xij. Apostolorum.
Erant & alia fora ab his rebus cognominata: quæ illic uendebantur.
CVRIAE duorũ generum erant. M. Varrone auctore: in quibus S.P.Q.R. cõueniebat: & ubi curabãt sacerdotes res diuinas, Senatus uero humanas: ut erat in curia hostilia: quã Tulus seruius rex fecit: ubi nũc est ecclesia sanctorum Ioannis & Pauli: ut ipsa uestigia demonstrant. Gellius & Varro scribunt Senatus cõsulta

iure non

iure non potuisse: nisi in loco per augures constituto: quod templum appellaretur: non enim omnes ædes sacræ Templa. Curia in qua habebatur senatus templũ erat: habebatur modo senatus in æde Apollinis: modo in Concordiæ delubro. Sub dextra Curiæ Hostiliæ erat Gregostasis supra comitiũ: ubi nationũ legati subsisterent qui ad senatũ essent missi. De quo loco meminit Cicero in epistola ad. Q. fratrẽ. Erat & Senaculũ supra Gregostasim: ubi ædes Cõcordię & Basilica opima: in quo loco seniores cõsistebant. Nonnulli uolunt Gregostasim solũmodo in capitolino colle fuisse.

Erat & Senatulum aureũ non longe a Curtio lacu: de quo Valerius maximus meminit dicens:

Ante senatus assiduam stationẽ eo loci peragebat: qui hodie senatulum appellabatur.

Aliud senaculum seu senatulũ (ut in marmore antiquo apparet inciso) erat apud portam Capenam.

Erat denicg senatulum mulierũ matronarum in colle Quirinali: ab Anto. pio Bassiani filio constructũ.

Curia uetus erat inter ecclesiã S. Petri ad uincula: & Lateranensem Basilicam.

Curia uero Pompeiana erat apud ipsius Theatrum: in qua Cęsar interfectus fuit Idibus Martias: qui periit sexto & quinquagesimo ętatis suę anno.

Erat & curia calabra teste Pub. uic. ubi põtifex minor dies pronunciabat.

Erat & curia siue senatulũ in campo Martio circa ædẽ

Bellonæ: ubi dabatur senatus legatis: quos in Vrbem admittere nolebant.

Erat etiã extra portã Capenã templũ Martis: ubi dabatur senatus legatis hostiũ: qui intra urbẽ nõ recipiebant

DE CAMPO MARTIO.

CAmpus Martius olim ager fuit Tarquinij Regis ultimi Romanorꝝ extra Vrbẽ eo tempore: ut Liuio placet: qui ait: Quicquid Capitoliũ & Tyberim interfluit fuisse campũ Martiũ. Nam Vrbs prima ad Capitoliũ finiebatur. Post expulsionem Tarquinij fuit consecratus Ager Tarquiniorũ deo Marti: unde campus Martius dictus fuit: in quo erant multa templa & ædificia & columnæ memorandæ & porticus cũ infinitis statuis & obeliscis. Martius proprie fuit ubi nũc ecclesia sancti Laurentij in Lucina in quo habebantur comitia: ut dicã inferius. In loco uero ubi nũc est domus noua capellæ Apostolorꝝ Philippi & Iacobi in ecclesia s. Lauren. in Lucina: fuit Basis nominatissima Vrbis: non longe a qua est Obeliscus magnus semisepultus: ubi effossum fuit Horologium cum lineis & gradibus deauratis. In angulis uero quatuor uẽti ex opere musino: sculpti uisebantur cum hac inscriptione cubitalibus litteris:

VT BOREAS SPIRAT.

Erat præterea Villa pub. ubi census habebatur a censoribus: ubi nunc est Gymnasium publicum.

In dicto campo Martio habebantur comitia. i. loca in

quibus

quibus tribus ipsæ petebãt suffragia de eligẽdis magi-
stratibus:nõ longe a monte citatorio. Vnde usq; ad Iu
stiniani tẽpora in creatione Principũ acclamatũ est. Fe-
licior sit Augusto:ac Traiano melior.
Nonnulli respondebãt:Nec Hadriano deterior.
Erat & locus comitiũ in Fo.ro. inter turrim & Pallariã
& lacũ Curtiũ:duobus in locis prædictis omẽs delige
bant:siue Dictatores siue Cõsules & alij magistratus.
Eratq; triplex deligãdi modus: de quibus perpulchre
Aul.gel.scripsit lib.xvi. Septa uero loca erãt in campo
martio teste Seruio inclusa tabulatis:in quibus Po.Ro.
suffragia ferre cõsueuerat:de quibus Plini.& Martialis
scribũt.Erat templũ An.pij nõ longe a colũna eius Co
clidę:ut cubitales literę in marmore effosso anno salutis
Mccccc.demonstrarũt:ubi nũc uisunt ingẽtes colũnæ
marmoreæ:in quo loco noster Alexãder Nero Florẽti
nus habitat:corrupte dicit lo. Trullo ad imitationẽ pa-
latij constãt in ciuitate regia positi:ut patet in lectiõe be-
ati Leonis Papæ.Erat & Tringaria:unde equi ad cur-
sum mittebantur ad certamina currulia trigarũ. Triga
ẽm a tribus equis dicitur:quadriga a quatuor:
Erat & Equiria ab equorum cursu dicta:& adhuc re-
tinet nomen ecclesia sanctæ Mariæ in Equiria: ut dixi
in statiniobus.Cassiodorus uero in Epistola dicit soli-
tos ab Augusti mausoleo sex portus dimitti iũctos cur
rus:qui per Equiriam in Flammineum circum curre-
rent.Erant in dicto campo multa loca publica.De quo

campo Strabo nonnulla scribit lib.v.

Campus Exquilinus erat sub turri Mecennatis uersus Septentrionem: ubi antiquitus comburebantur cadauera mortuorum: qui locus (ut nõnullis placet) erat sepulchrum peregrinorum: quem Mecenas ab Augusto impetrauit propter foetorem uicinis molestum. Erant præterea in Vrbe septem alij campi. s. Viminalis: Agrippinus: Codetanus: Octauius: Pecuarius: Lanatarius & Brunianus.

Extra Tyberim uero erat cãpus Vaticanus præter numerũ. Erat & campus Iouis: in quo erat domus Pisceñij nigri teste Spartiano: in qua simulacrũ eius in Trinchoro constituit: quæ Piscẽniani appellabatur.

DE PALATIIS IMPERATORVM

PAlatium maius erat in monte Palatino: in quo multæ areæ cum biblioteca pulcherrima erãt: & templa & alia loca sumptuosa uarijs picturis & statuis exornata. In parte palatij uersus Septentrionem fuit locus Palladij: cui insignes extant ruinæ cum marmoreis portis dirutis: quem locum nũc Pallariã ꝑ palladium corrupte appellant: in quoloco est Ecclesia sanctæ Mariæ in pallaria cum sepulchro Io. pp. viij. Forum tamen dictum est Palladium: ob propinquitatem templi ipsius Palladis. Marcialis.

Limina post pacis palladiumq; forum.

C. Callicula Imp. teste Suetonio: super templum diui Aug. ponte transmisso Palatiũ capitoliumq; coniũxit.

Palatium

Palatium seu domus regia Neronis: quę a predicto pa latio maiori Exquilias usq; tendebat: quam domum primo transitoriam mos incendio absumptam restitutamq; Auream nominauit. De qua Plinius. Bis uidimus inquit Vrbem totam cingi domibus Principum Gaij & Neronis: & huius quidem ne quid deesset Aurea: nonnulli uolunt ex iunioribus ultra prædictã domum palatium Neronis in Ianniculo fuisse.

Pallatium Claudij erat pulcherrimũ & amplum inter Collosseum & ecclesiam sancti Petri ad uinc.

Palatium Traiani apud columnam eius erat perpulchrum: uarijs marmoribus incrustatum: intus uero picturis exornatum cum statuis.

Palatiũ Romuli erat apud ecclesiam sanctæ Mariæ nouæ absq; marmoribus & columnis cũ statua eius.

Palatium antiquum senatorum erat apud ecclesiã sancti Sixti: multis columnis & statuis exornatum.

Palatiũ Augusti erat inter ecclesiã s. Felicis in pincis & Augustam: in quo marmora innumera cum pulcherrimis columnis sita uisebantur.

Palatium Antonini imp. apud columnam eius nõ longe a templo Ant. multis marmoribus & propheticis lapidibus exornatum.

Palatium Antonini Caracallæ proximum uiæ appiæ apud Thermas eius maximis erat subfultũ columnis ac marmoribus multis in locis incrustatum.

Palatiũ Titi & Vespasiani apud Thermas titianas: in

quo loco hoc anno. Mdvi. Felix ro. ciuis in Vinea sua Lacohontis statuam inuenit.
Palatium Neruæ apud forum eius erat e septis quadratisq; lapidibus absq; calce positis inter turrim comitum & Militiæ adhuc dirutum: mirabile uisu cernitur: in quo sunt ingentes columnæ marmoreæ inclusæ cum ecclesia sancti Basilij.
Palatium Flauij Constantini apud Basilicam Lateranensem: & Lateranense hucusq; appellat̃ a nomine ꝓprio Laterani patritij romani: auctoritas cuius fuit maxima in Vrbe hic dum esset consul: iussu Neronis interfectus est. Aedes uero eius amplissimę datæ fuere post multum tempus Constantino Imp. quas ampliauit: ac postremo Siluestro pontifici maximo concessit: & a Laterano prædicto Lateranense palatiũ dictũ est: apud quem locum lateranensis basilica cum pulcherrimo baptisterio sita est: quæ nũc oĩa minant̃ ruinam: nisi tua Sanctitas manus porrexerit adiutrices: ut iã fecit Martinus & Nicolaus: Symacus & Innocentius: & alij q̃ plures pontifices. O pater beatissime: hæc est gloria sedis apostolicæ: ne primaria totius orbis & Vrbis Basilica penitus collabatur: cui quidem sanctitas tua in minoribus per multum temporis spaciũ archipresbyter digniss. fuit: ut nunc in maioribus Episcopus & pastor omniũ: ut alter Franciscus Seraphicus ecclesiã tuam militantem repara in terris: ut triumphantẽ reperias in coelis. Bonũ & utile fuisset operarios fabricæ instituere

tuere: & prouentum quotidianũ ordinare annexione alicuius Ecclesiæ uel Abbatiæ pro reparatione istius ad perpetuã rei memoriã: ne absente pontifice Basilica prędicta penitus corruat.

Palatiũ Detij Imp. nõ longe fuit ab ecclesia s. Laurentij panis pernæ: ut adhuc ipsa uestigia denotant.

Palatium Lucinianum erat apud ecclesiam sanctæ Balbinæ: ut apparent uestigia.

Palatium Sosorriani ubi nunc est ecclesia sanctæ Crucis Hierusalem: uarijs columnis exornatum.

Erant & alia palatia in Vrbe: quibus finẽ imponam.

DE DOMIBVS ET INSVLIS

DOmũ a palatio exquilias usq; fecit Nero auct. Suet. quã primo Transitoriã: postremo Aureã nominauit: in cuius uestibulo stabat Collossus magnus: habebatq; porticũ triũ mill. passuũ & stagnũ circumseptũ ædificijs ad Vrbiũ speciẽ: uineta & arua cũ pascuis & syluis uaria cũ multitudine omĩs generis pecudũ ac ferarũ: in cæteris partibus cuncta auro illita distinctaq; gemmis: cenationesq; laqueatæ ibidẽ erant perpulchræ cũ tabulis eburneis uersatilibusq; fistulis: ut unguenta desuper spargerent. Erant præterea ædificia rotunda depicta: quæ diebus ac noctibus cõtinuis perpetuo uice mũdi circũagerent. Erant deniq; balnea cũ hortulis & aquis marinis: cũ albulis: & alia q̃ plura mirãda & incredibilia: ut scribit Cornelius tacitus in incẽdio urbis. Pli. uero in aureæ domus Neronis solarijs

aues ex argẽto mirabili opere sculptas fuisse cõprobat.
Domus Corneliorũ familię erat sumptuosissimis ædificijs: ut ipsa uestigia demonstrant in uico: qui adhuc Corneliorũ nomẽ retinet: a nõnullis imperitis uocãtur ipse ruinę Corneliorũ Thermæ: ob magnitudinẽ ædificiorũ apud equos marmoreos Fidiæ & Prax.
In colle Viminali erãt omniũ totius Vrbis speciosissimæ domus: Marci Crassi oratoris &. Q. Catuli: qui cũ C. Mario fudit Cymbros: &. C. Aquilij equitis ro. qui legẽ tulit Aquiliam: fundamenta quarũ in uineis apud ecclesiam s. Susannæ uisuntur.
Domus Balbini etiam nunc Romæ ostenditur in Carinis magna & potens: & ab eius familia hucusq; possessa dicit Spartianus.
Domus Cornelij in mõte Cælio erat speciosissima: qui primus in Vrbe parietes totius prædictæ domus marmoreis crustis operijt. M. uero Lepidus Catuli consulatu collega primus omnium: limina ex numidico marmore in domo posuit magna reprehensione anno Vrbis. Dclxvi.
Domus Giordanorũ erat ꝑpulchra uia pręnestina quę ducentas colũnas uno stilo habebat Hel. Spar. auctor nõ longe ab ecclesia s. Eusebij. Leo Baptista de albertis Flor. lib. ix. scribit. Valerius romę cũ in exquilijs domũ haberet altissimã: inuidię uitãde causa diruit: & in plano ædificauit. Itaq; hãc fragilitatem bona illa posteritas & pub. & priuatim secuta est: quoad ꝑ bonos mores licuit

euit. Postea uero aucto imperio tm̄ in plerisq; omibus creuit luxuries preterq; in Octauiano: nã is quidẽ sumptuosiore edificatiõe grauabat: quin & Villã quoq; nimiũ pfuse extructã diruit: tm̄ inquam excreuit luxuries in Vrbe: ut inter ceteros fuerint ex Giordianorũ familia: qui domũ struxerint uia preneftina colũnis ducẽtis uno stilo & parui magnitudine: quarũ quinqginta Simiadas: quinqginta numidicas: quinquaginta claudianas: quinquaginta Tisteas fuisse memini me legisse.

Domus Iulij Cæsaris fuit prius in subura teste Sueto. qui scribit: Habitauit prius Iulius cesar in subura modicis ædibus: post autem pontificatum maximũ in sacra uia domo pub. quã postea Octauianus aug. sumptuose nimis a Liuia ornatã: a solo dirui fecit: in cuius area porticus Liuia fuit structa. Ouid. lib. vi. Fast.

Disce tamen ueniens ætas: ubi liuia nunc est

Porticus: immensæ tecta fuisse domus.

Ibi postea teste Plinio suã pacẽ edificauit Vespasianus.

Domus Catilinæ ubi erat locus qui Vellia dicebat in parte Palatini mõtis: que uidet fo. ro. quid ibi antiqtus pastores uellebãt lanã ex ouibus ante usum condendi.

Domus Ciceronis iuxta Forum: non longe a templo Iouis Statoris.

Domus Vergilij Poetæ in Exquilijs iuxta Hortos Mecennatis.

Domus Ouidij erat prope Velabrum sub templo diuæ Mariæ de consolatione.

Domus Pomponij Attici erat in Valle Quirinali: ubi nunc est ecclesia s. Vitalis. In quo loco Romulus apparuit ante lucem: & nunquam postea uisus est.
Domus Martialis erat inter collem Viminalem & collem Hortulorum: ubi nunc est uinea notissima: que appellatur Pyla Tyburtina. Martialis.
Ped. Tyburtine sum proximus accola pyle.
Qua uidet antiquum rustica flora Iouem.
Domus Coruina: ubi hodie corrupte dicitur Macellum Coruorum.
Alexander Seuerus teste Spar. fecit domos pulcherrimas: easdemque amicis suis maxime integris uiris donauit
Erant & aliæ multæ domus in Vrbe numero. M.ccc.xcvi. quamuis nonnullis placeat. M. dccxcvij.
Insulæ uero: id est paruæ domus erãt numero quattuor millia ducentũ. ij. Quãuis nõnullis placeat fuisse quatuor mil. dcij

DE NYMPHEIS & horreis & alijs rebus.

Ymphea in Vrbe. xi. fuisse reperio. Erant enim loca Principũ amœna aquis inductis: ut Nympheum Iouis & Nympheũ diui Alexandri in regione. v. positum: Spartianus dicit.
Opera Giordiani Romæ nulla extant præter quędam Nymphea & balnea: sed & balinæ priuatis hominibus fuerunt: & ab eo in usum priuatum exornatæ sunt.
Erãt & alia Nymphea siue Nymphia ut in regiõibus.
Erant & mutatoria: ut mutatorium Cæsaria: quæ erãt priuatæ

priuatæ domus magnorῳ ad secessum & delicias ua-
rijs picturis & marmoribus exornata. Non solum in
Vrbe & ipsa Italia extruebãt ædificia imperatoris Ro.
sed in ultimis finibus. Leo em̃ Baptista noster florẽ. de
Albertis scribit li.x. de re ædificatoria. Murũ p Britani-
am Cæsares: inter quos Hadrianus millia. lxxx. duxit:
quo Barbaros a Romanorῳ agro separaret. Antonius
etiã pius eandẽ per insulã murῳ astruxit cespiceũ. Seue
rus post hunc transuersam per insulã utrinq; ad fines
Oceani perduxit uallũ millia passuũ. c. & duo &. xx.
Post Auentinũ montem uersus meridiẽ supra Tybe-
rim est planicies magna: ubi erãt. dx. Horrea pub. pub.
maximæ capacitatis: in quibus frumentũ po. Ro. serua
bat. Tamẽ in Vrbe dicũt fuisse horrea. ccxci. ultra præ
dicta: ut in regionibus. Alexãder em̃ Seuerus Horrea
in om̃ibus regionibus teste Spar. publica fecit: ad quæ
conferent bona hĩj qui priuatas custodias nõ haberẽt.
Erant em̃ in Vrbe officinæ pistoriæ numero. ccxliiij.
Apud ecclesiã S. Susannæ in Thermis erat Vicus Ma-
murij: de quo beatus Ambrosius mentionẽ facit cum
ecclesia S. Susannæ a Mamurio fabro peritissimo dicto
qui. xi. Ancilia fabrefecit: in quo loco posita erat statua
ipsius a po. Ro. & adhuc nomen retinet Mamurij.
Erat & uicus Sandaliarius in regione. IIII. ut apparet in
marmore quadrato in domo Roscia cum statuis & si-
gnis undiq; inciso: in parte anteriori tres statuæ cum
Gallo uisuntur cum hac inscriptione in parte superiori.

IMP.

IMP. CAESARE Augusto. XIII. M. Plautio Siluano Cos.

Sub pedibus ipsarum erant minores litterę: uidelicet: Doppius. Ɔ. L. Iaso. D. Lucilius. D. L. Saluius. L. Brunius. Ɔ. L. princeps. L. Furius. L. L. Saluius.

MAG VICI SANDALIARII.

Vicus Iugarius in Fo. Ro. Liuius saxum inquit ingens ex Capitolio in Vicum iugariũ procedit: & multos oppressit.

Vicus Thuscus apud ecclesiam san. Geor. in Velabro

Tybullus.

At qua Velabri regio patet: ire solebat
Exiguus pulsa per uada linter aqua.

Propertius uero de uico Thusco ait:

At tu Roma meis tribuisti præmia Thuscis
Vnde uicus hodie nomina thuscus habet.

De quo ait Varro post mortem Celij thusci: qui non suspitione carebant: uisi sunt in conuallem descendere: & ab eis dicitur Vicus Thuscus: ubi est & templum Vertunij: qui est princeps deus æthruriæ. Celianis uero qui suspitione carebant: datus est Celiolus coniunctus Celio: quis aliter sentiat Dionysius alicarnasseus. Ioannes uero annius scribit: Et ideo recte Fabius dicit principiũ Vici Thusci incipere sub celiolo uersus Auẽtinũ: & terminari ad radices Capitolij.

Ab Annio Viterb. lib. ij. Q. Fab. satis dictum est de Vico Thusco & foro Boario: dicit em̃ in hac boaria

maxima

maxima portione uici Thusci erant opulentiores & ditiores atq; nobiliores Roman. ubi & frequentiores arcus triumphales & monumenta imperatorũ uidemus. Alios uicos ne sim prolixior obmittam. Erant eñ numero. cxxviij. Vico magistri uero. dclxxiiij.

Aediculæ numero. cccxxxix.

Curatores uiarum. xxix. Denunciatores. xxviij.

Lupanaria. cccdi.

Vexilla cõmunia duo: id est Roseum pro peditibus cũ litteris S. P. Q. R. Ceruleum uero pro equitibus. Nam color cæruleus est maris: a cuius deo Neptuno equũ constat inuentum fuisse. Romani habebãt Aquilam: unde Aquiliferi dicuntur signiferi in Ro. militia: ab Aquila: quam Ro. legionibus. C. Marius in. ij. consulatu suo proprie dicauit. Habuerunt præter Aquilam Ro. quattuor alia signa: uidelicet Lupos: Minotauros: Equos & Apros: quæ singulos ordines anteibãt: ut inquit Pli. lib. x. Et in arcubus triumphalibus uisuntur sculptæ in marmoribus.

Cohortes prætoriç. x. Vrbanç. iiij. Virgilium uero. vi. Erãt castra peregrina & Misenatiũ: Tabelliorũ: Salgamariorũ: Vectigaliorũ: Victimariorũ: Saligaliorũ & equitum singulorũ. Milites prætoriani erant extra Vrbem: ut ingentes ruinç demonstrant apud locũ qui uulgo dicitur caput Bouis: ubi est sepulchrũ mirandũ: in quo uisuntur incisæ infrascriptæ litteræ.

CECILIAE. Q. Cretici. F. Metellæ. Crassi: nõ longe

a prædicto

a prædicto loco fiebant ludi Olympiaci.
Erant in Vrbe mensæ Holitoriæ siue Holeariæ numero uiginti mil.ccc. Pub. Victor dicit.xxiiij.mill. mendosum Codicē legisse credo:ut dicere uelit duo millia quatuor centum:ut apparet in regionibus.

DE TRIBVBVS & regionibus Vrbis.

TRibus in Vrbe fuerunt. xxvij. postea.xxx. postremo uero. xxxv. ut apparet in lapide marmoreo in ædibus Francisci de Porcarijs Ro. cum hac inscriptione.

IMP. Cæsari Diui Neruæ. F. Neruæ Traiano Aug. Germanico Dacico: Pontifici maxi. Tribunit. Pot.vi. Imp.IIII. Cos. V.P.P. Tribus.xxxv. Quod liberalitate optimi Principis cōmoda earum: etiam locorum adiectione amplificata sint.

Nomina quarum a nōnullis uariantur: tamen ut omissā auctoritate Ennij & Liuij & .M. Varronis: atq; Tolunnij Tragædiarū Tuscarū scriptoris: breuitatis causa nomina ipsarū tribuum scribā: quæ sunt hæc. Taciensis a Tacio. Luceris a Lucumone: q̄ quis Suburtana a nōnullis dicat. Rumnensis siue rauensis a Romulo: nōnulli romuliā dicant. Sed Liuius & Varro lib.i. dicunt suam tamen nō a se uoluit dici romuleā: sed rhumnensem quarta uocabat. Exquilina: Capitolina: Quirinalis & Collina: Celiana: Auentina a septē primis collibus dictæ. Seruius lib.iiij. scribit. Tullus diuisit Vrbem in quatuor partes: Palatinā: Baboranam: Collatinam:

Exquilinam

Exquilinã:per Suburbanã & Collinã. Liuius uero ab Vrbe condita dicit. Additæ sunt ex nouis ciuibus tribus. IIII. Sabatina: Tromentina: Arniẽsis & Stellatina. Sabatina a sabatia regione æthruriæ dicitur: ubi sabatius locus nunc uulgo anguillare dicitur: a quo loco Hieronymus spiñ. physicus noster uir doctiss. originẽ traxit. De quo loco Strabo lib. v. & Sillius libro. viij. scripsere. Trometina a Trometino: ut ait Fabius & Tolũnius. Trometes uero campus uocatur teste Festo. Arniensis ab Arno fluuio. Io. An. scribit: Hij sunt Fluentini præfluẽti Arno appositi: ut exponit Plinius: nũc Florentini cum quibus intelliguntur Phesulani. Stellatina a fluuio uicino Pistoriensibus & pratensibus in Thuscia: ut placet Io. Viterb. quis sint & populi Stellatini in Campania. Sed Fab. pictor de thusis loquit̃. Erat regio Metina & Scapeia siue Scapia: de quibus Liuius libro viij. ait. Eodem anno census actus nouiq; ciues censi tribus propter eos additæ Metia & Scaptia Censores addiderunt. Qu. philo. Sp. posthumius. Erat & Velima & Fabia: de quibus Horatius.

Valet hic Fabia: ualet ille Velina.

Aliarum uero nomina hæc sunt: uidelicet

Lemonia: Pontia. Crustumena: Papiria: Pollia: Publitia: Tyberina: Vfentina: Pontina: Faleria siue Galeria: Veturia: Cornelia: Mentina: Anthesia: Volicinia: Faucia & Pupina siue Pupillia.

Antiquitus Roma erat diuisa in quatuor partes a Tul.

rege Ro. Prius em̃ a Romulo in tris teste Ennio: quas tribus appellauit: singularũq; tribuũ duces Tribunos nominauit: & tribus prædictas diuisit in partes. xxx. curiasq; dixit. Vnde leges curiatæ: & curiarũ præfectos Curiones appellauit: unde postea Numma Pompilius iiij. sacrauit uirgines Vestales. s. Geganiam: Beroniam Camillam & Tarpeiam. Plutarchus auctor. Postea uero diuisa fuit in sex partes principales. Vnde Seruius Tul. addidit duas Virgines prædictis Vestalibus. Prima Vestalium appellabatur maxima: sicut & nos dicimus de Monialibus Abbatissam: unde Populus ro. ꝓ sua quaq; parte haberet ministram sacrorũ: qui numerus senarius per longũ tempus seruatus est. Postremo uero fuit diuisa in regionibus quatuordecim teste Plinio lib. iij. quarum singulæ compita supra. cc. & uicos innumeros teste Macrobio continebãt. Vnde cõpitalitij ludi a uijs cõpitorũ. Suero. ueto dicit: Seculares & cõpi talitios super calibus currere imberbes. Nostro uero tempore regiones corruptæ riones appellant cũ Vexillis & insignibus Populi ro. in antiquo marmore in porticu ædium conseruatorum Vrbis posito nõ lõge a porta palatij Senatoris regionũ quatuordecim nomina & Vicorum literis uetustate deletis adhuc stare uisuntur cum inscriptione huiusmodi.

IMPE. CAE. Diui Traiani Parthici. F. Diui Neruæ Nepoti Traiano Hadriano Aug. Pont. Max. Trib. pote. xx. Impe. ij. Cos. iij. P. P. Magistri uicorum Vrbis regionũ

bis regionum quatuordecim.

PRIMA REGIO

PRima regio Capena dicitur: que continet areã Apollinis: Spei: Gallij seu Thallij: Carsucæ siue Carsuræ. Erat & area Pinaria. Erant & Vici multi: ut Puluerarius & Camenarum: Drusiani: Sulpitij ulterioris & alterius Sulpitij citerioris. Fortunæ obsequentis: Honoris & Virtutis: Fabricij & triũ ararum omnes numero nouem.

Erat præterea ædes Martis: Mineruæ: Tempestatis & Camenarum. Lacus Promethei & Vipsani & Almo fluuius: Mutatorium Cæsaris.

Arcus tris Drusij & Veri Parthici atq; Traiani principum: erant & Thermę Cõmodianę & Seueriane & balnea Torqti: Mamertini: Abascãtiani: Vectij: Bolani seu Volani: ædiculæ. x. Vico magistri. xxxvi. uel. xlix Curatores duo: denunciatores duo. Domus numero cxx. Insule duo mil. cd. uel. iiij. millia. cd. Horrea. xiij. uel xvi. Pistrina. xv. Balnea priuata. lxxxiiij. Lacus uero lxxxij. Regio ipsa continet ped. xxij. mil. cxxvi.

SECVNDA REGIO

SEcunda regio Cælimontana dicitur: quæ continet templum Claudij: macellum magnum: lupanarias seu lupanaria: Aratrum Ciclopis: Campum Martialem: Castra peregrina: Caput Aphricæ seu Aphretæ: Arborem sanctam: Regiã Tulli Hostilij & Templum quod in curiã redegit patribus minorũ

gentium. Domũ Vectilanam & Philippi. Mansiones albanas: Micam auream: Armentarium: Spolium Samarium. Ludum matutinũ & Gallicũ: cohortes quinq; uigilum. Erant praeterea uici septem. Aediculae. viij. Vico magistri. xxviij. Curatores. ij. Denũciatores duo Domos. cxxxiij. siue. dx. Insulae mil. dc. seu tria mil. Horrea. xxiij. Pistrina. xv. Balnea. xx. Lacus uero. lxv. Regio ipsa continet in ambitu ped. Mcc.

TERTIA REGIO.

REgio Tertia. ISIS ET SERAPIS MONETA dicitur: quae continet Ludũ magnũ & Dacicũ: Amphiteatrum: Domũ Bruti: Samiũ: Coragiũ: Praeturã praesentissimã: Thermas Titianas Traianas: & Philippi Aug. Lacũ pastoris. Scholã Quaest orum & Capulatorũ: Porticum Liuiae: Castra Misenatiũ & Suburã. In qua regione erãt Vici. x. Aediculae totidem Vico magistri. xxiiij. Curatores. ij. Denũciatores. ij. Domus. dx. Insulae. ij. mil. dcclvij. Horrea xviij. Pistrina. xvi. Balnea. lxxx. Lacus uero. lvi. Regio ipsa in ambitu continet ped. xiij. mil. cccl.

QVARTA REGIO.

REgio Quarta Templũ Pacis dicitur: quae continet Templũ ipsius Pacis & Remi: Veneris P. Faustini & Telluris. Basilicã Constantini & Pauli Emilij: Forum transitoriũ: Sacriportum: Balneũ Dapsidis: Porticũ Asidatam: Areã Vulcani: Buccinam auream Apollinẽ, Vicum Sandalariũ: Horrea Cartarea seu

rea seu Testaria. Collossum magnũ radiatũ: Sororium Tigillũ: Metã sudantẽ: Carinas: Domũ Pompei & Ciceronis: Viã sanctã. In qua regione erãt Vici. viij. Aediculę. ix. Vico magistri. xl. Curatores. ij. Denũciatores. ij Domus. cxxxviij. siue. dx. Insulæ mil. dlvij. siue mil. dccclij. Horrea. xviij. Pistrina. xv. Balnea. lxxv. Lacus uero lxxxviij. Regio ipsa in ambitu cont. ped. xxiij. mil.

QVINTA REGIO.

QVinta regio Exquilina dicit: que cõtinet Nympheũ Alexãdri: Macellũ Liuiani: Lacum Promethei: Cohortes septẽ Vigilũ. Aedẽ Veneris Aericine. Hortos Plantianos & mecennatianos. Reglã Serui tul. Herculẽ sullanũ: Amphiteatrum castrense Campum Exquilinũ & Viminalẽ sub aggere. Lucũ Exquilinum & Perelinũ atq; Fugutalem. Templũ Iunonis Lucinæ. Domum Aquilij &. Q. Catuli &. M. crassi. Aram Iouis Viminei: Mineruam Medicã. Isidẽ Paraticiam. Lauacrum Agrippinæ & Thermas olympiadis. In qua regione erant Vici. xv. Aediculæ tutidẽ Vico magistri. xlviij. siue. lx. Cur. ij. Denunc. ij. Dom. dxxx. Insulæ mil. dlvij. seu. iij. mil. dccd. Horrea. xxiij. Pistrina. xv. Balnea. lxxv. Lacus uero. lxxij.
Regio ipsa cont. ped. xxv. mil. Dcccc.

SEXTA REGIO:

SExta Regio Alta semita dicitur: quæ continet templum Salutis: Quirini: Serapis: Apollinis: Clatræ & Floræ. Vicum Mamurij & Bellonæ: Circũ

Octavia regio Forum romanum dicitur: quę cõtinet rostra comitium: aedem Victoriae: Templum Iulij caesaris: aedẽ Opis & Saturni in Vico iugario: templum castrorũ ad lacũ Iuturnae: templũ Cõcordiae & Iani romuli: Vestae carmẽtae: Titi & Vespa. deum penatium & Iouis optimi max. & templum uetus Mineruae & delubrum Mineruae: aedẽ Iouis tonantis: aediculum iuuentae: sacellum pudicitiae patriciae aedem Herculis uictoris in foro Boario: aedẽ Maturae aedem Vortũnij in uico thusco. Ficum ruminalem siue romularem & Lupercal. uirgis: columnam cum statua M. Ludij gregostasim: senaculum aureum: equum Constantini: milliarium aureum: pila oratiae: Equũ aeneum Domitiani: atrium Mineruae: ludum aemiliũ: porticum Iuliam: locum mercatorũ: regiam Nũmae: forum Caesaris: Stationes municipiorum: Forum Augusti cũ aede Martis ultoris: Forum Traiani cũ columna eius Coclide & equo eius aeneo: Vmbilicum romae: Lacũ curtium: basilicam argentariam: Basilicam Pauli cũ frigijs columnis: Apollinem triginta cubitorum: capitolium: portam carmentalem: curiam calabrã: asylũ: signũ Iouis impatoris: Horrea germanica & agrippina: aquã cernentem scauros: Forum boarium & piscarium: uicũ ligurum & iugarium & vnguentarium carcerẽ Tullianum porticum margaritariam helephantum herbarium & antrum Cachi: in qua regione erant Vici. xxxv aediculae totidem. Vico magistri. xlviij, Curato: duo. den. ij.

den.ij.domus.clxv. Insulæ duo mil. cdxxxviij. siue. iij. mil.dccclxxx.Horrea.xxv.Pistrina.xx.Balnea.lxvi. Lacus uero.cxx.Regio cont.ped.xx.mil.dccclxij.

NONA REGIO.

Ona Regio Circus Flaminius dicitur: quæ cõtinet Theatrum Balbi cum cripta eius. Theatrum Pompei & Marcelli. Thermas Alexandrinas:Hadrianas & Agrippinas:porticum chorinthiam.Gn.Octauij & Philippi & Argonautharũ. Templum Bruti Callaici: Templũ diui Ant. cum columna eius cocline: Templũ Boniuentis. Aedẽ Bellonæ & Iuturnæ ad aquam Virgineã.ædem Vulcani in circo flãmi.ædem antiquã Apol.cum lauacro: & ædem magni Herculis custodis Circi prædicti: stabula quatuor Factionũ.Mimitiã uetus & Mimitiã frumentariã. Iouem Pompeianũ delubrum.Gn.Domitij: Campũ Martis Villam publicã: septa Trigaria: Equiriam: Hortos lucullanos:Fontem Scipionis:Sepulchrum Augustorũ: Ciconias nixas:Pantheon: Basilicã Macidij & Martiani.Insulam phelidij:mineruiũ meleagricũ: serapeũ Iseum & Mineruam calchidicã & carcerẽ Claudij.x. uir. In qua regione fuerũt Vici trigintaquinq;: ædiculæ triginta.Vico magistri q̃dragintaocto: Cur.ij.Den. Domus.cxl.Insulæ duo mil. cdxxxviij.siue tria mil. ccdxxxviij.Horrea uigintiquattuor. Pistrina. xx. Balnea.lxiiij. Lacus uero octoginta.

Regio ipsa cont.ped.triginta mil.D.

DECIMA REGIO

D Ecima Regio Palatium dicitur: quæ continet ca ſam Romuli: Prata Bacchi: Arã Febris & Arã Palatinã. Vicum Padi & fortunæ reſpicientis ſalutis. Apollinis & curtarum: ædem Iouis ſtatoris & matris deũ & Iouis uictoris & dij Iouis: & ædẽ Apol linis: ubi Lychni pendebant inſtar arboris mala feren tis. Templum Fidei: Domũ cæioniorũ: Suelia: Cænati onẽ Iouis. Aedem deæ uiriplacæ in palatio & Rãnuſiæ & Bibliotecã: Pentaphilon Iouis arbitratoris. Domũ Auguſtanam & Tyberianã. Dionyſij. Q. Catuli & Ciceronis: Mammeã auguratoriũ. Sedem imperij ro mani: Velia: Curiam ueter. Fortunam reſpicientẽ. Se ptironium Seueri: Victoriam germanitiãnã & luper cal. In qua regione erant Vici. xx. ædiculæ totidẽ. Vico magiſtri. xxiiij. ſiue. xlviij. Cura. ij. Denunci. ij. Domus lxxxix. Inſulæ. ij. mil. dccxlij. Horrea. xlviij. Piſtrina. xx. Balnea. xxxvi. ſeu. lxvi. Lacus uero. lxxxviij. Regio ipſa cont. ped. xij. mil. Dc.

VNDECIMA REGIO.

V Ndecima Regio Circus maximus dicĩt: quæ continet circummaximũ: Templum Solis & Lunæ: Mercurij & Caſtoris. Aedẽ Ditis pa tris & Cereris: Veneris: Portunni: Pompei: Mutiæ. Aedem Conſij ſubterraneam. Pietatis in foro olitorio & Iunonis matutæ. Aram maximã: Portam Trigemi nam: Salinas Apollinem celiſpicientem Herculem oli

G uarium

uarium: Obeliscos duos. Forum olitorium & Velabrũ maius. In qua regione erant Vici. viij. seu. xix. Aediculae totidem. Vico magistri. xxxij. Cur. duo. Denũ. ij. Dom. cxiij. Insulae mil. Dc. siue. ij. mil. dd. horrea. xvi. Pistrina totidem. Balnea. xv. lacus uero. lx. seu. lxxxviij. Regio ipsa continet ped. xi. mil. D.

DVODECIMA REGIO

Regio duodecima Piscina publica dicit: que continet Vicum almae Veneris & piscinae pub. & Dianae: Ceios: Triarij: Aquae saliẽtis & Laci tecti: Vicum Fortunae mãmosae: Colopeti pastoris: portae Rudusculanae: Victoris: & portae Neuię: Hortos asinianos: Areã Radicariã: Caput uiae uouae: fortunã mãmosam: Isydẽ Anthenodoriã: Aedẽ bonae deę Subsaxanae: Signũ Delphyni: Thermas Antonianas. Septẽ domos Parthorum: Campum Lamnatariũ. Domum Chilonis & Cornificij: Cohortes tres uigilum: & priuata Hadriani. In q̃ Regione erant Vici. xij. seu. xvij. Aediculae totidẽ. Vico magistri. xlviij. Cur. ij. den. ij. Dom. cxxiiij. seu. dxij: Insulae. ij. mil. cccdxxxvi. Horrea. xx. Pistrina totidem. Balnea. xliiij. Lacus uero. lxxx. Regio ipsa continet ped. xij. mil.

DECIMATERTIA REGIO.

Decimatertia Regio Auentinus dicitur: quę continet Armilustrum: Templum Lunae & Dianae: libertatis & Iunonis Reginae. Aedẽ bonę deae in Auentino; & atrium libertatis. Forũ Pistoriũ

Scholam

Scholam Cassij: Porticum Fabariam: Scalas Gemonias: Thermas Varianas & Decianas: Priuata Traiani: dolacrum seu Doliolum: Mappā aureā: & Aureā Platonis: & Horrea Anicentiana: Vicum Frumentarium & trium uiarum: Vicum Fidij & Valerij: Cæseti laci miliarij: Capitis canteri: Triū alitū: Vicū nouum & Armilustrij & columnæ ligneæ: Fortunæ dubiæ. Loreti maioris & Loreti minoris: Vicū mūditiei & materiarū. In qua regione erant uici. xlviij. Cur. ij. & Denū. ij. Dom. ciiij. seu. clxij. Insulę duo mil. cccc.lxxxviij. Pistrina. xx. Horrea. xxvi. Balnea. lxiiij. Lacus uero octo. Regio ipsa continet ped. xvi. mil. cc.

DECIMAQVARTA REGIO.

Decimaquarta Regio & ultima Transtyberina dicit: quę continet Ianniculū: Hortos Neronianos & Domitij & Gethæ: Naumachiā Neronis: Vaticanū Gaianiū: Insulam Iouis & Aesculapij: Aedē Fauni: Balneū Ampelidis: Sacellū Mamæ: Balneum siue Balineum Priscillianæ: Statuam Valerianā & Siccianam: Sepulchrū Nūmæ: Caput Gorgonis: Cohortes. vij. uig. Templum Fortis Fortunæ: Ianum Septimianum & Aream septimianam: Herculem cubantem: Campum codetanum & Brutanū: Castra lecticariorum: Vicum censoriū: Gemini: Lōgiaquilę: Rostrati: Quadrati: Sicciniang: Raciliani maioris & raciliani minoris: Vicum Ianuclensem & Larum Ruralium: Bruttanum: Valerianum: Salutarē Pauli: Ploti: Saufei:

Sergij & laci restituti Semipub. Patratilli. Viberini & sex Lucei: qui omnes uici in dicta regiõe sunt numero xxij. q̃quis nõnulli. lxxxix. fuisse dicant. Aediculæ totidẽ Vico magistri. xlviij. siue. lxxxviij. Cur. duo. Denũ. ij. Dom. cl. Insulæ. iiij. mill. cccxv. Horrea. xxij. Pistrina totidem. Balnea. lxxxvi. Lacus uero. dxxx. Regio ipsa in ambitu continet ped. xxxiiij. mil. ccdxxxvi.
Hæc de ipsis regionibus in superficie dixisse sat est. Alias uero [domino concedente prædictas. xiiij. regiones in libros. xiiij. exponam: publicatis prius opusculis duodecim diuersarum rerum circa honorem dei & salutem animarum: ut est illud de Confessione & aliud de Oratione & uirtutibus. Nunc uero primo libello finem imponam.

DE SACERDOTIBVS ET Magistratibus.

ROmani habebant in Vrbe Pontificem maximũ super omnes pontifices & Sacerdotes: ut nostro tẽpore Christiani habent. P. summũ pontificẽ super om̃es Episcopos & Sacerdotes. Erat em̃ in maxima auctoritate & dignitate: in cuius manibus erant omnia sacra cũ libris ritualibus & lintheis atq; elephantinis: quam dignitatem maiori cũ potestate ac summa reuerentia ueræ fidei tua Sanctitas adepta est: ut merito & numero populus Christianus augeatur: ac in bonis operibus confirmetur. Primus em̃ Pontifex fuit Martius martij

F. a Numma

F. a Numma Rege institutus.

Erant & Flamines sacerdotes a Nūma Pompil. institu ti: qui gestabant in capite lanæ filamen.

Erant em̄ sacerdotes Martis & Quirini. Primus eorū uocabatur Flamen dialis: qui aliјs superior erat: atq; so lus Ioui ministrabat. Dialis autē a potu dios quod est Iouis. Saliј uero erant. xiј. sacerdotes Marti deo dicati: qui per Vrbem cum ancillibus saltabant.

Fecialis & pater patratus erant sacerdotes: qui cū hosti bus belli tēpore bellū indicebāt in feriendo foedere.

Erant & Augures: qui captabant auguria uelato capite lituum dextra tenentes.

Erant & sodales Titiј sacerdotes extra Vrbem habitā tes in Tuguriјs: seruantes auguria.

Erant & epulones Pontifices ueteres: ut ludorū epul. sacrificium facerent. Septem uiratus epulonum dice batur: ut apparet in Pyramide apud portā sancti Pau li mœnibus cōiuncta: in quo adhuc litteræ incisæ ui suntur de. C. Cestio. viј. uir. epulonum: ut dicam inferi us in Methis.

Erant præterea Virgines Vestales a Romulo ordina tæ: postea uero (ut superius dixi) deæ Vestæ a Nūma institutæ: quæ perpetuū ignem cōseruare deberent.

Reges Romanorum septem fuere: e quibus Romulus fuit primus: & a regendo dicitur. Spaciū uero tempo ris a defuncto Rege usq; ad creationē sequentis interre gnū dicebatur: ut nos dicimus interpontificiū a defun

cto pontifice ad creationẽ usq; sequentis pont.
Erant Senatores: qui primum a Romulo fuerunt instituti patres centum: postea uero teste Gellio: Mille fuere a nobilitate generis: uel a senili aetate aut a sapientia: postremo uero patres conscripti appellati sunt.
Quaestores semper duo fuerũt regum tempore: ut inquit Iunius lib. vij. ab inquirendo dicti: & habebant curam aerarij. Erãt & Quaestores urbani & prouinciales
Consules duo ab Vrbe condita anno. ccxliiij.
Primi eñ fuerunt L. Iunius Brutus: & L. Tarquinius Collatinus: quibus datũ erat a populo Ro. xij. fascibus uti: totidemq; Lictoribus cum securibus per annũ: & primus uocabatur maior: qui talia insignia tenebat.
Proconsules uero habebant sex lictores: & potestatem solũmodo in prouincijs: functi eñ magistratu Consulatus fiebant Proconsules. In aedibus domini Petri de sancta Cruce apud plateam iudęorũ in lapide marmoreo: adhuc uisuntur insignia sex cũ his litteris.
FASCES ET SECVRES CONSVLARES
Vt depictas ostendã in Epitaphi. opusculo. Ioan. Annius Viterb. ait. Et ut recte noster Christophorus Landi. Florentinus eruditissime posuit super Horatij Odã illam: Quem uirum aut heroa. Fasces erant fasciculi uirgarum. in quibus singulis singulae secures inclusae erãt. Eas duodecim primas Ianus dedit in Olympo aethruriae: ad continẽtes recentes colonias in aureo officio: & ad terrẽdos & flagellãdos malos: ut hic noster Fabius
pictor

pictor in princi. insinuauit. Romulus postea teste Liuio ab ęthruscis populis fasces duodecim cũ lictoribus assumpsit: qui numerus cõformis erat duodecim auibus augurij. Erãt aũt duodecim fasces teste Annio Viterb. ut oẽs concedunt: cuius princeps dicebat̃ æthrusca lingua Baracel: latine lictor & percussor. Vnde & Barac percussorẽ interpretatur diuus Hieronymus in de interpretatione nominũ: a quo nomine Baracel Beatissime Pater: existimo dictũ esse uirum illum quẽ uulgo appellamus Baracello: non autẽ a baronibus: ut nõnulli uolunt: habẽt eñ iuuenes armatos cũ insignibus puniendi: ut ipsi lictores. Philip. Ber. ait. Lictores ministri sunt magistratuũ: a ligando appellati: quod cũ magistratus populi Ro. uirgis quempiam uerberari iussissent: crura eius & manus ligari uinciriq; a lictore soliti sint. Auctores sunt Valgius: Ruffus & Gellius.

Erant & Censores. Primi eñ fuerunt L. Papirius Mucillanus: & L. Sempronius Actractiuus: anno Vrbis cccx. per quinquennium: quod tempus Lustrum appellabant: postea uero annuatim creabantur.

Erant & Dictatores. Primus fuit. T. Largius aduersus Latinos post Reges.

Tribuni plebis erant. x. postea. v. anno. xvij. post fugã Tarquiniorum. Erant & Tribuni militares in castris & Tribuni Aerarij. Prætores. xviij. qui sex Lictores habebãt & Sellom: in principio unus fuit pretor. Erat præfectus urbis & præfectus annonę. Erãt curatores

xiiij. Vrbis ab alexandro Seuero instituti: quos audire negocia urbana cũ prefecto urbis iussit Spar. auctor.
Erat & praefectus Vigilum tempore Augusti institutus ad incendia reprimenda.
Praefectus praetorius erat apud Imperatorẽ: qualis & magister equitum apud Dictatorem.
Erat prefectus legionis: qui etiã comes primi ordinis erat: quẽ primipilũ dicunt: qui. dx. militibus praeerat.
Erat & pfectus castror: cui obediebat pfectus fabror:
Aediles plebei Currules erãt: qui ludos faciebant.
Erant & aediles. qui cloacas & aedificia curabant.
Aediles uero caereales creati sunt a Iulio Caesare: qui rei frumẽtarie praeerãt: ut nostro tempore tua. S. instituit.
Duo uiri sacrorum in legendis libris Sybillinis: & duo uiri quibus Tul. Hosti. rex potestatẽ fecit iudicandi de capite apud Varronem Laetumq; Pomponiũ descripta reperi de ipsis magistratibus.
Tres uiri capitales: qui cognoscebant criminũ causas: teste Liuio lib. tertio.
Trium uiri Coloniarum: super Colonias officium habentes Trium uiratus reipub. ut fuit Marcus Antonius: Octauianus & M. Lepidus.
Quinq; uiri (ut inquit Cecilius lib. ij. Epistolarũ) erant: qui pro magistratibus fungi possent: cũ Vespertinis horis magistratibus in pub. uenire nõ esset.
Septem uiri epularum in sacrificijs: & hij erant ex genere sacerdotali pontificibus additi: ut aepularum Caerimonijs

rimonijs curarent.

Decem uiri legum pro consulibus creati fuere Anno Vrbis conditæ.cccix. Tertioq; depositi libidine Appij Claudij.

Centum uiri:nã cum essent Romæ.xxx.tribus:terni ex singulis tribubus sunt edicti ad iudicandũ:qui centũ uiri appellati sunt.Et licet quinq; amplius q̃ centum fuerint:a facilitate numeri centum uiri dicti.Pli.in epistolis centũ uirales causas tractasse se scribit.

Erãt & pcuratores cęsarũ & iurispiti & alij magistratus

DE TEMPLIS VRBIS.

IN Vrbe multa erant templa & Aræ atq; ædicu læ:ut habetur in regionibus.

Templũ Pantheon dedicatũ erat Ioui ultori & Cybeli & omnibus dijs:nũc uero deo æterno & Mariæ uir.& oĩbus Martyribus:uulgo sancta maria rotũda cũ porticu pulcherrima. M. Agrippę in frõtispicio:cuius uisuntur cubitales literę cũ hac inscriptione.s.

M.AGRIPPA.F.L.COS.Tertium fecit.

Sunt & aliæ minores litteræ ibidem incisæ:uidelicet.

IMPE. Cæsar.L.Septimius Seuerus Pius Pertinax. Arabicus: Adiabenicus: Particus. Pontif. Maxi. Tribu.Pot.xi.Cos.iij.P.P.Procos.Et IMPE.CAESA. Mar. Aurelius Anto. Felix Aug. Tribu. pot.v. Cos. Procos.Pantheam uetustate corruptam cũ omni cultu restituerunt.

Sunt & aliæ literæ corrosæ apud prædictas de instau-

ratione facta ab Hadriano: ut inquit Spartianus: postea uero a Lucio seuero & Mar. Aur. Ant. imperatoribus. In quo tēplo erāt pauimēta pulcherrima & colūnę in capitibus e lapide siracusano: altitudo tēpli brach. lxxvij. latitudo uero totidē. Tegmen testudinis fuit ex laminis: nō plumbeis (ut nunc) sed argenteis: quas Laminas cum argenteis uasis substulit Constantinus nepos Heraclij ueniens ad Vrbem. Erant præterea in dicto templo incrustationes diuersorum lapidum & aureæ statuæ atq; eburneæ. Inter alias erat statua Veneris in auribus: cuius erat unio maximæ taxationis: quæ olim Cleopatræ reginæ fuerat: quæ uno hausto centies sextertium in cœna Antonij ebibit resolutis in uase preciosis margaritis: teste Plinio lib. ix.

Templum magnæ matris deum erat in palatio post bellum Macedonicum a. M. Iunio Bruto dedicatum: in quo erant statuæ pulcherrimæ & columnæ preciosæ cum pauimentis diuersorum lapidum.

Templum Victoriæ erat in Palatio prædicto uarijs lapidibus & auro exornatum: in quo statua magnæ matris deum e Græcia aduecta posita fuit: teste Liuio in octauo: cum alia ædicula Victoriæ uirginis a Portio Catone constructa.

Templum Pacis apud Forum Cæsaris ædificatū fuit a Vespasiano deæ ipsius pacis: in quo clarissima queq; artificum opera dicata fuere mira celeritate ab ipso Vespasiano: uestigia cuius miranda apud ecclesiam sanctę

Mariæ

Marię Nouę conſpiciuntur: qui coronas ex cinnamomo in terra Sili auro incluſas: primus omnium in templis Capitolij & Pacis dicauit Veſpaſianus Augu. In quo templo erant columnę ingentes & ſtatuę pulcherrime precioſis margaritis adornatę. Titus & Veſpaſianus uaſa templi Hieroſolymitani cum uniuerſis donarijs in templo Pacis conſtituerunt.

Templum & ſacellum Pudicitię adhuc apparet integrum apud pontem ſ. Marię ad honorē beatę Marię Aegyptiace dicatū. Nonnulli uolunt fuiſſe templū Fortunę ſiue Dianę. Hęc duo templa. ſ. Marię ęgyptiacę & ſancti Stephani. Vnū in honorem Dianę ſiue Aurorę Alterum uero Fortunæ.

Erat & ſacellum Pudicitię plebeę cum ara in uico longo a Virgine Plebea conſtructum.

Templum Veſtę nonnulli dicunt illud fuiſſe: quod nunc dicatum eſt ad honorem ſancti Stephani a Sixto quarto inſtauratum: inter eccleſiam ſanctę Marię in Coſmedim & Tyberim. Videmus em̄ in argēteis ęneiſq; nūmis Mammeæ genitricis Alexādri Impera. & Liuię genitricis Aurelij Ant. Aedem: ueſtem ſculptam rotundam: columnis in circuitu altare munientibus: ut eſt illud: tamen a nonnullis putatur Matutę ſiue Aurorę templum fuiſſe. Veſtę uero ut placet Modeſto rotunda effigie erat inter Capitolium & Palatium: & in eo ſeruabatur perpetuus ignis. Credibile eſt Romulum: qui in omnibus curis Veſtā eſſe uoluit ſeparatim

nō poſuiſſe

non posuisse: eadem affirmat Raph. Volaterranus: qui dicit dictum templum fuisse ubi nūc est ecclesia sanctę Mariæ: libera nos a pœnis inferni. Pomponius lętus eadem confirmat: qui lib. ij. scribit. Romæ in templo Vestæ nuper reperto ad Fo. ro. in quadam marmorea basi: DEDICATA. xiiij. Kl. Ian. Constātio. III. & maximiano. III. Cess. Coss. Curāte V ur. Niceta.

Templum Mineruę vbi nunc est ecclesia sanctę Marię super Mineruam: uestigia cuius in ædibus fratrū apparent: in quo erat statua ingens marmorea ipsius Mineruæ: & alia q̄3 multa notanda.

Templum Salutis in colle Quirinali a Fabio maximo depictum: constructum uero a Iunio cēsore: quod cōsul bello Sannitic. nouerat.

Templum Felicitatis a Nerone combustum: ubi fuit domus aurea.

Templum Spei erat in foro Holitorio uarijs exornatum marmoribus: q̄3uis nonnulli dicant extra Vrbē fuisse ad primū lapidē Via salaria a sinistris exeūtibus: inter mœnia eñ esse non poterat.

Templum Pietatis in campo Martio: ubi nunc ecclesia sancti Saluatoris de pietate seu de cupellis. Erat & templum Pietatis apud Marcelli theatrum teste Plinio C. Quintio & M. Attilio consulibus consecratum fuisse in honorem Pietatis: in quo erat statua aurea Pietatis: & in foro Holitorio habebat aliud templū dea Pietatis teste Pu. Vic.

Templū

Templũ Concordiæ in arce a Manlio prætore constructũ: in porticu cuius adhuc extant octo ingẽtes columnæ cum inscriptione. S.P.Q.R.

Erat templum Aesculapij & Concordiæ: quod Liuia construxit inter ecclesiam sanctæ Mariæ nouæ & Collosseum: uestigia cuius in hortis fratrum apparent: in quo Sardonicem gemmã fuisse constat cornu aureo Augustæ dono inclusam.

Erat & templũ Cõcordiæ in area Vulcani a Flauio cõstructũ: propter recõciliationẽ ordinis senat. & equest. uarijs picturis exornatũ ex pecunia multatitia.

Templum Bonæ deæ in Auentino a Claudia Vestali postea uero a Liuia restitutum fuit: non longe fuit a saxo Auentini ad honorẽ Fatuæ castissimæ sororis Fauni: unde ingressus uirorum prohibetur: & ei fœminæ tantum sacrificabant.

Templum Libertatis in Auentino ex pecunia multatitia constructum fuit cum Aereis columnis & statuis pulcherrimis.

Templũ Iunonis in Auentino uarijs marmoribus & picturis exornatũ. Erat & templum Iunonis reginæ in Vrbe a Camillo dedicatũ captis Veijs.

Erat & Templum Iunonis monetæ in Capitolio: a monendo dict. vbi nunc Aedes conseruatorum: non longe a quo erat templũ Telluris: ubi nunc est Ecclesia sancti Saluatoris in tellude.

Templũ Vulcani apud lacũ curtium: ante quod pen-

debat

debat Scyphus Romuli non longe a quo erat terrę hiatus: in quo se demersit Curtius ornatus cũ equo: & pestis uniuersa urbis euanuit.

Templum Herculis in Auentino: ubi nunc est Ecclesia sanctę Prisce Vir.

Templum Hercu. uictoris in Foro Boario erat rotundum. In quo loco repertum fuit simulacrum Herculis deauratum tempore Sixti quarti post ecclesiam sanctę Marię in Cosmedim: ut apparet in Epitaphijs: non longe a quo erat Ara maxima.

Erat preterea templum Herculis uictoris apud portam trigeminam: & in dorso Quirinalis montis aliud templũ Herculis: a sinistris uero templum Quirini: & adhuc uestigia ipsorum uisuntur.

Apud Circũmaximum erat templum Herculis iussu Sybillę constructum: in quo nec canes nec muscę stabant. Ouidius.

Altera pars Circi custode sub Hercule tuta est.

Templum Iani in Capitolio: ubi nunc carcer pub. claudebatur pacis tempore: aperiebaturq; fatiscente bello. Vnum fuisse Ianum priscum Berosus lib. v. Antiquit. ait: plures uero posteriores.

Ianũ & Vertunum eundem fuisse uolunt. Id consonat & propria eorum Epitheta & interpretationes demõstrãt auctore Annio Viterb. Ianus eñ ut ait Cicero & Macrobius lib. i. significat quasi eanus: ab eundo dicitur: quod eat & uertat coelum & res omnes. Apud Ianum

num: em̄ solum est omne ius uertendi cardines.
Erant multa loca Iani. Vnde Ouidius.
Cum tot sint Iani: cur stas sacratus in unum?
In Velabro sic dicto a pecunia quæ nautis ibidem soluebatur. Est moles illa marmorea quadrata: Iano dicata statuisq; dispoliata.
Erant enim iani ædificia fornicata: & undiq; peruia in omnibus regionibus: in quibus Feneratores & Mensarij conueniebant. Horatius.
Postq; res mea Ianum ad medium fracta est.
Fabius pictor ait principio Ianũ inuenisse Vinũ & far ad religionem & sacrificia magis q̄ usum: & ob id sibi farrata & uinũ in sacrificijs prælibari. Berosus autẽ addit: q̄ ipse dictus est a Scythis lingua eorũ Ianus: quia primus in Armenia inuenit uinũ. Aramea em̄ & Hebrea lingua Iain uinũ dicitur teste Io. annio Viterb. a quo Ianus uinifer deriuatur. Ergo aramẽ Ianus: græce enotrius: dicit̃ latine uinifer: & ab Iano ianua dicta est.
Templum Fortunę equęstris erat iuxta theatrum siue amphiteatrum.
In exquilijs erat templum Fortunæ malæ.
Erat & templũ Fortunæ uirilis iuxta lucũ nemorosum ubi uirgines a sacerdotibus templi inspiciebantur.
Templũ Fortune primogenie a Gneo Domitio prætore Vrbano constructum fuit.
Templum Fortunę in domum auream inclusit Nero: quod ex lapide phegynide translucẽte edificatum erat

foribus

foribus clausis claritatẽ diei intus haberet. Erat & ædis Fortunæ a Ser. rege constructa apud domũ Auream quam Seiam appellant.

Templum Floræ in Quirinali: ubi fiebant floralia: de quo Martialis.

Templũ boni euentus apud Pantheon: uarijs columnis exornatum.

Templũ Apollinis in Vaticano: ubi nunc est oratoriũ sanctæ Petronillæ uirg. coniunctũ ecclesię sancti Petri. Erat & templum Apollinis in palatio a C. Cęsare constructum: & aliud prope a Cæsare Augusto.

Templum Castoris & Pol. in uia sacra in foro Ro. sub palatio ubi nũc est tabernaculum Vir. ad ponticulũ in quo loco effossa fuere uestigia cũ duabus tabulis marmoreis dedicatiõe ipsius teste Pompo. Læto: qui eas uidisse affirmat. Nonnulli uolunt fuisse ubi nunc est ecclesia sancti Loij.

Templum Neptuni apud Tyberim ab Hadriano restitutum: non longe ab ecclesia sancti Blasij de pan. fuisse. Raph. uol. scribit lapides cum titulis ibidem effossos uidisse.

Templum Isydis in quo loco Vespasianum & Titũ Triumphatores nocte illa quæ triumphum præcessit quieuisse dicuntur ut Iosephus & alij: uestigia cuius miranda apparent in ædibus ornatissimis Car s. Sabinæ: quãuis nonnulli dicant apud Ecclesiã s. Mariæ in equiro fuisse: ubi adhuc uisuntur tres columnæ ingentes in

ędibus

ædibus. D. Mauricij de Capranica.

Templũ Iuthurnæ erat in campo Martio auud aquã Virgineam: ubi nunc dicitur corrupto uocabulo Treghio. Ouidius.

Te quoq; lux eadem Turni soror æde recepit,
Hic ubi Virginia campus obitur aqua.

Templum Faustinæ uxoris Hadriani: quam in anno Imperij Hadrianus amisit: diuinis honoribus a Senatu coli: delatis Circensibus & flammin. & templo cum aureis statuis: ut adhuc uestigia nonnulla extant in Ecclesia sancti Laurentij in miranda: ubi ingentes columnæ cum hac inscriptione apud ecclesiam sanctorũ Cosmæ & Damiani uisuntur.

DIVO ANTONINO ET DIVAE FAVSTINAE EX S.C.

Templũ Romuli in uia sacra: ubi nũc est ecclesia sanctorum Cosmæ & Damiani: aliud habebat templum Romulus: vbi nũc est ecclesia s. Theodori apud palatium maius: in quo loco Romulus & remus expositi fuerũt in Alueolo: qui locus dicebat̃ Germalũ teste Varrone nõ longe a quo erat Ruminalis ficus a rumine lupę: nõnulli Romularem ficũ appellant: ut Frãciscus noster Petrarcha in Epistolis ad Io. Car. de Colũna. Supra uero in capitolio e regione istorũ fuit Luperca: hoc est mansio lupæ quæ nutriuit pueros: eius uero antrũ erat ibi prope tres columnas non longe a palatio.

Erat & templũ Romuli in colle Quirinali: & ipse deus

Quirinus appellatus est: unde & Quirites: ex cuius spo lijs facti sunt.cxxx.gradus marmorei apud ecclesiã sanctæ Mariæ Ara coeli & Capitolij Anno Christi. M. cccxlviij.die uero.xxv.Octob.
Templum Aesculapij erat in Insula Tyberina: quod Kal.Ianuarij sacratum fuisse dicunt una cum delubro Iouis ibidem propinquo: teste Ouidio. Vt in lapide taxio adhuc nauis & dei Aesculapij apparent uestigia sculpta. Marmora thasia nobiliss.erant in insulis Cidadibus. Est enim maculosum marmor teste Plinio & Papinio. Similiter & in templo diui Laurentij extra muros in pulpito marmoreo nonnulla prædicti Dei scalpta uisuntur. Habetur historia Aesculapij ab ipso Liuio libro primo: & Valerio libro.xi. In dicto tẽplo ponebantur infirmi: quoniam deus erat ipsius Medicinę. Compositionem aduersus animalia uenenata incisam lapide uersibus in limine ædis Aesculapij refert Plinius se uidisse. Nostra uero ætate duo ibidem uisuntur templa super antiqua uestigia: unũ in honorem Ioan. Bapt.alterum uero diui Bartholomei apostoli: de quo Bapt.leo ait. Aesculapio in insula Tyberina templum locarunt: quod ægrotos aqua in primis indigere arbitrabantur. Alibi extra Vrbem ædem huic deo ponere assuesse aiebat Plutarchus: quod illic esset aer salubrior. Erat templũ Rauennateum & taberna meritoria: ubi nũc est ecclesia s.Mariæ intrans Tyberim. De quo loco nonnulla scripsi in stationũ opusculo.

Templũ

Templũ Consij:id est dei consiliorũ:uel Neptũni equestris: fuit ante Circũmaximũ sub terram uersus forum Boariũ. Duo numina subterranea solũmodo habebãt tẽpla: Pluto.s.& Consus:quia præest rebus inferis quę sub terra sunt:hic consilio:quod debet esse occultum:tamen templũ Consi descendebatur pluribus gradibus. Antiqui eñ in omnia templa ingrediebant̃ per gradus tres ascẽdẽdo:& in unũ tantũ descẽdebant Consi templum:ut placet Pom. læ.

Tẽplũ solis fundauit in Vrbe Valerius aurelianus Impe. nõ longe a turri militię:ꝗ̃uis nõnulli dicãt in ampliatione urbis fundatũ apud moenia fuisse ab aureliano: duoq; fuisse tẽpla Solis. Volaterranus dicit:quidã existimãt eas esse ruinas:quę sup ædes colũnensiũ apparẽt

Templum Lunæ erat in Auentino perpulchrum: nõ longe a quo erat templum cõmune Dianæ: apud Ecclesiam sanctæ Priscæ.

Templũ Martis in Vaticano: ubi nunc est oratorium sanctæ Mariæ de Febribus: tamẽ Cæsar Augu. extruxit ædẽ Martis ultoris:& ædẽ Iouis tonãtis in Capitolio: parietes cuius erãt incrustati numidico marmore.

Templũ Mercurij erat in regione.xi.cũ statua eius pulcherrima: preciosis exornata margaritis.

Templum Iouis Feretri in capitolio ubi erat Quercus pastoribus sacra: primũ omnium Romæ sacratum est auctore Liuio a Romulo ædificatum: ubi nunc est Ecclesia s. Mariæ Ara coeli.

Templum Iouis optimi maximi erat:ubi nunc est ecclesia s.Saluatoris in maximis.
Erat & templũ Iouis magni capitolini quadratũ quoquo uersu pedibus centum:altitud.uero.cl.
Erat & templum Iouis Capitolini ueteris apud Hortos Salustianos.
Erat & templũ Iouis statoris a Romulo constructum post pugnam & reconciliationẽ Sabinorum: ubi nũc est ecclesia sancti Nicolai in statera.
Templum Iouis custodis in Capitolio a Domiciano constructum est.
Templũ Veneris & Cupidis simul iuncta in loco ubi nunc est ecclesia s.Crucis in Hierusalem.
Erat & templũ Veneris apud Circummaximũ a.Q. Fabio aedificatum.
Templum Saturni in cliuo positum: ubi erat erarium Ro.ubi nunc est ecclesia s. Saluatoris in aerario: habuit postea aliud templum:ubi nunc est ecclesia sancti Hadriani martyris.
Erant & alia templa & arae atq; aediculae in Vrbe: quę omnia (ne sim prolixior) omitto.
Extra Vrbem uero erat templum Veneris Ericinae extra Collinam portam a.L.Portio dedicato:uestigia cuius diruta adhuc extant. Erat aliud templum Veneris Aericinae in Capitolio a. Q. Fabio maximo aedificatum. Attilius uero teste Liuio ibidem:templum Menti deae aedificauit:ac multis muneribus ditauit.

Via

Via Labicana erat templum Quietis.
Templũ Bacchi erat apud ecclesiã s. Agnetis extra muros: ut adhuc picturæ antiquissimæ emusiuo indicant.
Erat & templum Martis extra portam Capenam uia Appia: unde equites Romani nonis quintilibus trabeati: holearum ramos dextera manu ferentes: cum pompa ibant ad templũ Castoris & Poll. ueluti ad Vrbem cum uictoria redeuntes.
Templũ Mercurij erat ibi prope in quo sacrificabant mercatores: ut periurijs absoluerentur.
Erant & alia templa multa de quibus nullã facio mentionem breuitatis causa. De uarijs formis & locis templorum nõnulla scripsit Bapt. leo. lib. vij.

DE BIBLIOTECIS ET BASILICIS.

Bibliotecæ in Vrbe fuerunt numero. xxviij. uarijs marmoribus & picturis exornatæ.
Augustus cæsar in monte Palatino pulcherrimã extruxit Bibliotecã: Latinam. s. & Græcã cum porticu: quæ Palatina dicebatur primaria inter omnes: in qua erat statua Numeriani imperatoris a senatu posita: cum inscriptione. s. Numeriano oratori põtẽtissimo.
Erat & statua. M. Varronis uiuentis teste Pollione.
In Capitolio erat Biblioteca pulcherrima maiorũ cura seruata: pulcherrimis colũnis & marmoribus exornatã
Gordianus Imp. Bibliotecã maximã extruxit in Vrbe: in qua ad sexaginta duorum millia posuit uolumina.
Hadrianus uero Imperator fecit Bibliotecam pulcherrimam

rimam marmoreis exornata columnis: quae Vlpia uocabatur apud thermas Diocleanas auctore Pollione: in qua libros lyntheos & elephantinos principum gesta & S.C. conscripta posuit.
Erat Biblioteca Asinij Pollionis Romae: qui primus Bibliot. dic. ingenia hominum rempub. fecit.
Biblioteca Marcelli apud theatrum eius: quã Octauia mater post mortẽ ipsius ad honorẽ eius construxit.
Biblioteca Pauli fuit magna: & inter ingentia opera apud Forum: alias uero bibliotecas (ne sim prolixior) obmittam.
Basilica locus erat ubi litigabant Romani: quae ex binis constabat porticibus. In primo eñ porticu stabãt causidici. In secundo uero plebei & serui.
Basilicae principales. xij erant: uidelicet.
Iulia: Vlpia & Pauli cum frigijs columnis: Nestini: Netumij: Sicimini: Macidij: Portij: Flosellij: Constantini: Martiani & Vaescellarij: quae omnes erant exornatae statuis & columnis pulcherrimis: uestigia quarũ haud facile discernuntur. Papinius de basilica Pauli ait: Sublimis regia Pauli. M. Anto. Sabel. exponit regiam: id est basilicam latine.
Basilica Constantiana erat apud uiam latam. Portia uero apud Fo. Ro. a Portio Catone.
Vlpia uero apud Thermas Diocleanas: ubi & Biblioteca.



DE CAPITOLIO.

Capitolium

CApitoliũ Tarquinius priscus romanorum rex bello Sabino ædificaturũ se nouerat: ieceratꝗ fundaměta: postea uero Horacius puluillus cõsul dedicauit. Interiecto deinde quadringẽtorũ & quindecim annorũ spacio igni cõsumptũ est. Cons. Appione & Norbano ꝑ bella ciuilia & mariana refectiõis curã uictor Sylla suscipit. Dedicatio autẽ ꝑ. Q. Catulũ celebrata est: cuius nomen inter tanta Cæsarũ opera usqꝫ ad tempora Vitellij Imp. mansit. Plutarchus & Tacitus auctores. Vespasianus autẽ Imp. deformẽ Vrbem ac dirutum Capitoliũ ueteribus incendijs ac ruinis inueniens: uacuas areas occupare & ædificare: si possessores cessassent: cuicunqꝫ permisit: restitutionẽ Capitolij aggressus: ruderibus purgãdis manus primus admouit: ærearumqꝫ Tabularũ tria millia: quæ simul conflagrauerant: restituenda suscepit: undiqꝫ inuestigatis exemplaribus: in quibus tabulis monimẽta pub. cõtinebant: ut inquit Polibus lib. iij. E quibus unã uidi affixã in ecclesia Lateranẽsi apud maiorẽ capellã: ut inferius dicã de legibus. Tũ Heluidius prætor præeũte pontificẽ lustrauit Areã capitolij: precatus Iouẽ: Iunonem & Mineruam Capitolinos deos: ut cepta prosperarent.

Tertio fuit dirutum & incensum Capitolium: a Domiciano refectũ fuit magnificentius & elegantius ꝙ antea fuisset: cuius impensam duodecim millia talentorum excessisse dicit Plutarchus. Intelligendũ est de Talentis Romanorũ. Talentũ eñ Acticũ magnũ habet

auri lib,

auri lib.lxxxiij. Talentũ uero paruũ.lx Romanũ autem lib.habet.lxx.tegulæ ipsius Capitolij erant æreæ: quas postea Catulus deaurauit. Honorius uero primus post ea ad ecclesiã san.Petri in Vaticanũ trãsportare fecit: ut adhuc multæ ibidem uisuntur. In dicto Capitolio erat arx fortissima capitolina: uarijs exornata marmoribus Erant & templa deorũ & sacella & areæ: & alia q̃pplu rima ædificia pub. habuit eñ supra sexaginta tẽpla & loca deorũ teste Valerio maximo. In æde Veneris ge-nitricis Cæsar dictator sex dactilotecas cõsecrauit teste Plinio: & in tẽplo Martis sciphos ferreos posuit. A Li-uia uero Augusta dicatũ fuit uas cristalli magnitudinis amplissimæ lib quinq̃ginta. Nullus eñ existimare pos-set diuitias & preciũ atq; pulchritudinẽ ipsius capitolij propter aureas statuas & gẽmas: cũ aureis argenteisq; uasis templorũ. Eutropius ait nullã sibi nisi aureã & ar-genteã statuã in Capitolio passus est poni. Plinius uero scribit regũ Ro. statuas fuisse in Capitolio positas. Erat & argenteus anser: & Custos armorũ Ianus. Erat præ-terea sedes & domus omniũ triumphorũ: in quo loco Augustus tributarium orbem uidit.

Deinde uero. L. Ant. cõmodi tempore capitolium ful mine ictũ: una cũ egregia illa Biblioteca maiorum cura parata crematur. Aedes quoq; in proximo positæ ean dem calamitatem sensere. Exortũ est deinde aliud incen dium: quo & ædem Vestæ & palatiũ bonaq; Vrbis pars exusta est ac solo adæquata: ut uestigia semiusta indicant.

indicant. Extãt in Capitolio fornices duplici ordine nouis inserti ædificijs pub. salis receptaculum cum hac inscriptione uetustate consumpta.

Q. LVTATIVM. Q. F. E T. Q. Catulum Coss: substructionẽ & tabulariũ de suo coerauisse. Post capitoliũ inter Septentrionẽ & Orientẽ est locus busta gallia dictus: ubi Galli a Camillo interfecti fuerũt: ibidẽq; sepulti: nũc uulgo dicit̃ portugallo. Erat & capitoliũ uetus in mõte quirinali: multis statuis & picturis exornatũ: uestigia nõnulla fundamentorũ adhuc uisuntur: in quo loco effossum fuit marmor cũ his litteris fractis.

NIL ESSE difficilius q̃ bene imperare.

DE ASYLO ET TVRRI MILITIAE.

ASylum nepotes Herculis Athenis sibi primũ deæ Misericordiæ consecrarũt. Asylũ quasi a Syleo: quod est: inde extrahi nullus posset: unde Romulus Romæ aperuit asylũ: q̃ confugientibus illuc seruis liberisue tutissimũ erat receptaculũ asyli. Locus fuit in Vrbe inter Auentinũ & rupem Tarpeiam apud saxum prædictæ rupis inter duos lucos: teste Dionysio. Ouidius.

Romulus ut saxo locum circumdedit alto:
Quilibet huc inquit confuge tutus eris.

Nõnulli uolunt Asylũ fuisse templũ illud quod nũc beatæ Mariæ ægyptiacæ dicatũ est. Tamẽ Põ. lętus diuidit Tarpeiũ montẽ in duos Colles: in capitoliũ. s. & Arcem. In medio erat uallis in qua fuit Asylũ tẽplũ inuio-

labile:& templũue Iouis: id est darui Iouis:in quo erat simulacrũ eius cũ sagittis:ut inquit Gellius lib.v.

Turris militiæ est apud palatium Neruæ Impe.in qua milites Traiani principis continebantur:quę plurimos habebat murorũ circuitus:ut adhuc in aliquibus locis apparent uestigia:nõ longe a qua effossa fuere nõnulla marmora cum his litteris incisis.

Potissima dos in Principe Liberalitas & Clementia.

Turris Mecennatis in Exquilijs marmorea:quam nõnulli eam fuisse affirmant:quam dirutã uidemus apud domũ Car.de columna:sed ibi Flauiæ gentis ædes fuisse credo.Pompo.lætus ac ipse Poggius noster Flo.dicunt fuisse ultra thermas Diocli:ianas uersus orientem non longe ab eo loco qui uulgo Buttedi Thermi dicitur:in quo loco hoc anno multa marmora cũ Tyburtinis lapidibus effossa fuere in parte eminẽtiori: ut inde facile totam Vrbem quisq; uidere potest. Petrus uero Marsus dicit eam Turrim fuisse:ubi prius erant pub. Ostrinæ nõ longe a templo diuæ Mariæ maioris. Vinitores huius memoriæ locum illum appellant Foculum: quas Mecennas illic hortos suos constituens:salubres reddidit.In quo loco adhuc apparent uestigia Viuarij cum porta reclusa.Nonnulli uolunt apud ecclesiã Petri ad Vincula fuisse:super quã turrim crudelis Nero spectabat Romæ incendiũ.Suetonius ait hoc incendium e turre mecennatica prospectans:& est quod ab ea parte Circi ortum esse dicitur:quæ Palatino Celiocq;

montibus

montibus contigua erat: fuitq; tale incendiũ. xiiij. Kal. Sextilis: quo die Senones galli Vrbem prædictã incenderunt. Quẽ Mecennatẽ increpabat Horacius q̃ ædificando insaniret. Erant & aliæ turres multæ in Vrbe: uestigia quarum haud facile discernuntur.

DE PORTICIBVS ET labris Porphireticis.

CAesar Augustus in mõte Palatino fecerat porticum uarijs exornatam marmoribus atq; picturis: quo loco iam senior sæpe etiam senatum habuit: decuriasq; iudicum recognouit.

Erat porticus Gn. Octauij in campo Martio non longe a Circo flamminio: quam duplicem fecerat: quæ quidem Corinthia appellabatur cum æreis capitulis columnarum: mirabile uisu: mille pedum spacio: & ex opposito alia erat similiter mille pedũ æqualiter: ut scribit Iunius Capitolinus in rebus gestis Gordianorum: Augustum instituisse porticum in campo Martis sub colle pedum mille: ita ut ab altera parte mille pedum porticus fieret: atq; inter eas spacium hinc atq; inde uiridaria essent lauro: mirtho & busso frequentata: medium uero Licostratium breuibus columnis intrinsecus positis: & singulis per pedum mille: quod esset deambulatoriũ: ita ut in capite esset basilica ped. quingentorum. Cogitauerat præterea cũ Misitheo: ut post Basilicã Thermas extiuas sui nominis faceret: ita ut hyemales & alia q̃ plura sumptuosa ędificia. Vestigia adhuc apparent in radicibus collis Pincij.

Porticus Neruæ erat apud forum eius cum excelsis co lumnis uarijs coloribus mixtis: e quibus hoc anno effossas uidi nonnullas fractas Porticis Liuiæ apud tem plũ Pacis uarijs picturis & statuis exornata: de qua mẽ tionẽ facit Ouidius lib. vi.

Erat & porticus Antonini & Faustini pulcherrima nõ longe a templo in foro uarijs exornata marmoribus.

Erat & Porticus ædis Mercurij: quæ adhuc semidiruta apparet apud ecclesiam Michaelis Archangeli in piscaria cum hac inscriptione.

IMP. CAES. L. SEPTIMIVS SEVERVS PIVS PERTINAX Aug. Arabic. Adiabenic. Parthic. Maximus pontifex. Trib. Pot. xi. Cos. iij. Et IMP. CAES. M. Aurelius Ant. Pius Felix. Pont. Maxi. Trib. Pot. vi. Cos. procos. PP. incendio consumptã restituerunt.

Porticus ædis Concordiæ in Capitolio: de qua Poggius Flor. ait: Capitolio cõtigua forum uersus superest porticus ædis Concordiæ: quam cum primũ ad Vrbem accessi: uidi ferme integram operę marmoreo admodũ specioso: cum inscriptione quæ adhuc super co lumnas ingentes legitur.

S.P.Q.R. incendio consumptum restituit.

Erat & porticus Metelli pulcherrima cum statua Corneliæ Gracchorum matris.

Erat & porticus Cõstantini & Philippi & Iuliæ atq; Octauiæ: ut habet̃ in regionibus. Omitto porticũ Pantheon

theon a.M. Agrippa constructum cum admirabilibus columnis (ut dixi) in tēplo eius. De qua port. Bap. Leo ait: Extant in hanc usq; diem ad porticum Agrippæ contiguationes æneis tabulis pedum quadraginta: opus in quo nescias imppensam: ne magis an artificis ingenium mirere.

In ecclesia & platea Lateranensi sunt nonnulla uasa porphiretica.

In platea sanctæ Mariæ rotundæ est uas porphyreticum cum alio paruo miræ pulchritudinis.

In ecclesia s. Petri & Mariæ maioris & sanctorū apostolorum & in plateis ipsarum sunt labra porphiretica maximæ pulchritudinis.

In platea s. Saluatoris de Lauro & s. Petri ad uincula & Eustachij & in Vaticano: sunt uasa marmorea & mixta maximæ capacitatis simul cū pulchritudine.

Omitto ea quæ sunt in ædibus columnensium fundatis a tua beatitudine. In ædibus Butij est uas porphireticum cum puteo marmoreo uarijs coloribus mixto cum his litteris incisis.

CVR NESSIBVS Algeo & Brumatepeo.

In multis ecclesijs sunt uasa diuersa & Labra e lapide Porphiretico: in quibus sunt reliquiæ multorum sanctorum & sanctarū dei: ut apparet in ecclesia. xij. Apostolorum & sancti Marcelli.

Omitto labrum porphireticū in Vestibulo sancti Petri: in quo iacet corpus Ottonis. II. Imp. & in ecclesia s.

Mariæ maioris:in quo fundator ecclesiæ positus est: ut dicam in sepulchris memorandis.
Omitto præterea uasa quę sunt in loco Beluidere nuncupato:& aliorum locorum extra Vrbem ipsam.
DE TROPHEIS ET columnis memorandis.
Ropha Caij Marij de Iugurtha deq; Cymbris atq; Theutonis apud ecclesiam sancti Eusebij semidiruta uisuntur: & Cymbria uocantur:quæ a.C.Cæsare instaurata fuere cum a Sylla fuissent disiecta teste Suetonio.Ibidem in marmoribus uetustissimis adhuc apparent Galeæ & Thoraces cū clipeis sculptæ. Erant em̄ Romæ in pluribus locis Trophea:quę sunt spolia hostibus adempta: quę quidem erant in potestate Iouis:& figebantur in locis eminentioribus in stipitibus teste Seruio.
In foro Traiani est columna Coclidis marmorea miręe pulchritudiuis pedum.cxxviij. quę ut melius circū spiceret: ipse Traianus Impe.partem Quirinalis mōtis(ut patet in eius inscriptione)solo adęquauit: in qua sculptę sunt Victorię & res gestę ab ipso Traiano: per medium columnę sunt gradus in eodem marmore sculp.abase usq; ad culmen:qui gradus sunt numero. dxxxv. foramina siue spiracula. xlv. Inscriptio uero talis est.
S.P.Q.R. Impe. Cęsari diui Nerue.F. Nerue Traiano Augu.Germanic.Dagico.Ponti.maxi. Trib. pot. xvij.Cos.vi. P.P. ad declarandum quantę altitudinis
mons &

mons & locus sit egestus.

Super columnam prędictam Traiani ossa in urnā auream collocata fuere Anno Christi.cxviij.

Senatus postea elapsis annis duobus: Traianum in deos refert.

Est & alia columna maior Coclidis in campo Martio: quę Antoniana uocatur: altitudo ped. dxxvi. cum gradibus marmoreis intrinsecus. ccvi. & spiraculis.lvi. in qua Victorię & res gestę Anto.Impe.sculptę uisuntur miro artificio.

Erat & columna Porphiria Coclidis: quam. M. Flauius Val. Constantinus ex Vrbe Ro. Constantinopolim transferri iussit: & locari in foro: super quam Colossum ęneum admirandę magnitudinis posuit: necnō & clauum Saluatoris mūdi statua post multos annos regnante Alexio cognomento Comeno: cecidit uiolētia uentorum deiecta: teste Pom.Lęt.

Erat in foro columna solida Marmorea Numidię lapidis.xx.pedum: in qua sculptum erat a populo Romano in honorem Iulij Cęsaris.

PATRI PATRIAE.

Non lōge erat ab Augusta Martis campi alia columna cum eadem inscriptione.

Erat & columna Menia in foro prędicto: quę Menio concessa est: unde ludos spectaret.

Erat preterea in foro columna Milliaria. Milliarium proprie signum erat: unde principiū itineris ad omnes

portas Vrbis capiebatur.
In Circo maximo erat columna bellica: ad quam Romani ad bella profecturi hastã proijciebant eã partem uersus in quam ituri erant. Ouidius.

Prospicit a tergo summum breuis area circum.
Est ibi non paruæ parua columna notæ.
Hinc solet hasta manu belli prænuncia mitti
In regem & gentes: cum placet arma capi.

In foro Holitorio erat columna lactaria (quãuis Tortelius dicat in foro boario) ad quam infantes lacte alendos deferuntur.
Erant in Vrbe aliæ multæ columnæ ingentes & memorandæ: ut extat adhuc in Thermis & monte citatorio: & templo Pacis: & porticu Mariæ rotundæ.
Omitto eas quæ sunt in Lateranensi Basilica: & sanctorum Petri & Pauli & aliarum ecclesiarũ Vrbis cũ alijs columnis paruis miræ pulchritudinis: ut apparet in ecclesia Mariæ nouæ & Hadriani: Crisogoni & sanctæ Sabinæ: & Eusebij: & Cosmæ & Damiani: & Ioãnis & Pauli: & Agnetis extra Vrbem.
Omitto præterea duas ingentes columnas ecclesię sancti Petri: quas Paulus. II. Venetus aiebat plus ualere q̃ tota Venetiarum ciuitas.
Sunt præterea in ecclesia S. Mariæ de Ara coeli nõnullæ columnæ miræ pulchritudinis. In tertia uero colũna dictæ ecclesiæ apparent litteræ cubitales incisæ. S.
A CVBICVLO AVGVSTORVM.

Erant

Erant in Vrbe aliæ multæ columnæ maximæ existimationis & pulchritudinis: quæ hodie semiustæ dirutæque plurimis in locis uisuntur: maculis diuersorum colorum exornatę.

DE ARCVBVS TRIVMPHALIBVS.

IN Vrbe erāt Arcus marmorei triumphales appellati numero. xxxvi. qui fiebāt Imperatoribus seu ciuibus redeuntibus cum uictoria: in quibus erant scalptę uictorię & statuę ipsorum triumphantiū: quos arcus. S.P.Q.R. e marmore cum litteris ad perpetuam rei memoriam & sempiternam famam triumphantium extruxerat.

Arcus ueteres lateritios Romuli nunquam passi sunt: florentes postea opibus Romani in marmoreos mutari: ne conditoris Vrbis memoria deperiret: quos collapsos uidi apud ecclesiam s. Marię Gratiarum.

Erat arcus triumphalis marmoreus Horatij Codidis: quem a fundamentis Io. Blondus excidi se uidisse dixit ad radices Auentini cum inscriptione diruta.

Erat arcus pulcherrimus multis statuis & colūnis marmoreis exornatus ad honorem Iulij Cęsaris: non longe a templo Pacis.

Erat preterea Triumphalis arcus diui Augusti nō longe ab arcu Domiciani: in quo erant sculptę uictorię & res gestę per eum.

Tres em̄ habuit (teste Seruio) triumphos.

Diuus autem Hieronymus doctor ecclesię scribit Au-

gustũ celebrata de M. Antonio Victoria Romã repe dasse: ducentem secũ infinitũ captiuorũ numerum: & antiquorum Ptolemeorum omniũ Gaças: ut nec ante nec postea tanta copia auri: argenti gemmarumq; Romam aduecta fuisse noscatur.

Arcus Domiciani est apud ecclesiam s. Laurentij in Lucina: qui marmoreis lapidibus erat incrustatus: cũ. iiij. pulcherrimis columnis: in prima facie uarijs coloribus naturalibus mixtis: ut uestigia adhuc indicãt: cũ statua Domiciani: ut inquit Suetonius. Statura procerum nõ lõge a quo erat arcus. C. Marij: q̃ψuis nõnulli uelint supradictum arcum Domiciani fuisse postea disiectum cũ tropheis a Sylla siue Sulla: ut placet Pomp. Læ. tẽpore cuius inter Augustã & ecclesiam s. Thome in Vinea fratrum s. Marię de populo positã: effossa fuere multa marmora cũ statuis & columnis dirutis: cũ lapide marmoreo & semidiruta inscriptione: uidelicet.

Vgur TR. Mil. Extra
Iugurtha Rege numid.
Triumphans in
Ante currum suum
S V L. absens creatus.
Norum exercitum
imbros fugauit ex iẽis. &
hauit. rempub. turbatam.

In fine lapidis est fractura cũ apicibus litterarũ: quẽ lapidẽ uidi in Quirinali in ædibus Põp. Læti a lapicida

quodam

quodam flor.emptam:auctore Andrea Fuluio Prene stino uiro doctiss. Pomponijq; amiciss.auditori: fragmēta cuius repperi in alio loco:ex quo facile coniecturam facio illius dictionis Sul non pro sylla:ut Pomponio placet:cui fragmenta erant incognita:sed pro Condictione:saluo semper iudicio aliorū:nullū unq; reprehendi authorem:nec Pom.ipsum (cui gratias infinitas ago) reprehendo:qui dixit:Sullam nō Syllam scribere debemus:in qua opinione semper ante fragmēti reperti noticiam fui.Litterae fragmentorum hae sunt.

C.Marij.	C.Marius.
Cos.VII.	PR.PL.
Q.A.	Vrbem cum
Cos gestis cum cepit.	in secūdo consulatu
duci iussit	III.Con.
IIII:Consul.Theuto.	deleuit.V.Consul.C.

Theutonis iterum triump.
Seditionibus ex.P.L.& praetor.V.Q.armati.
Capitolium occupauerunt.VI.Consul
uindicauit post.lxx.annum:patria per arma ciuilia.
pulsus armis restitutus.VII.Consul factus est de manubrijs cimbricis & Theutonis.

Erant & alia fragmenta:e quibus nil certi comprehendere potui: quas quidem litteras per ordinē in epyth: opusculo connectam: Quintilianus libro primo scribit Sullam mathematicum doctorem suttilē origines mille nominum scrutaturum:unde Sullae dicti sint.

Haec de

Hæc de Sylla & Sulla dixisse uolui: redeamus ad inceptum. In prædictis arcubus erant scalpta ornamenta triumphalia: id est coronæ aureæ. Sella curulis & patera aurea cum toga picta & palmata tunica: de quibus apud Liuium.

Est Arcus marmoreus Titi & Vespasiani apud ecclesiam s. Mariæ nouæ: in quo sculptæ sunt uictoriæ cũ arca foederis & candelabro: & area fœderis spolia ciuitatis Hierosolymitanæ: ab altera parte uisuntur insignia Romanorum cum fascibus. xij. & securibus consulũ in quo arcu est hæc inscriptio.

SENATVS POPVLVS.Q.ROMANVS Diuo Tito Diui Vespasiani. F. Vespasiano Augusto: Quæ omnia fuerunt tempore Cleti primi PP. Consulibus Domiciano & Ruffo: nam capta Hierusalẽ: euersisq́ Hierosolymis: ad sexaginta millia hominum interfecta referuntur: licet Iosephus Iudeus historicus undecies centena millia ferro ac fame eo bello perijsse scribat: captaq́ ad centum mil. ac pub. uenundata. Vt autem tanta multitudo Hierosolymis reperiretur: causam Açimorum fuisse refert. Ex omni eñ gente Iudæa ad Templum confluentes: Vrbem quasi carcere sunt inclusi. Oportuit enim diebus Pascæ illos pati: in quibus Saluatorem mundi cruci affixerunt.

Arcus Galieni Imp. est apud macellum Lydiæ: uulgo Arcus s. Viti: ob propinquitatem ecclesiæ sanctorum Viti & Modesti: est eñ cõstructus e lapide tyburtino cum hac

cum hac inſcriptione.
GALIENO Clementiſſimo Principi.
Cuius inuicta uirtus ſola pietate ſuperata eſt.
Marcus Aurelius Victor dedicatiſſimi. Numini maieſtatiq; eius.
Eſt & arcus marmoreus Triumphalis pulcherrimus Seueri Imperato. ſub Capitolio: in quo ſunt Victoriæ ſculptæ ipſius Seueri cum arietibus & bellorum machinis illius ætatis cum hac inſcriptione.
IMP. CAES. LVCIO SEPTIMIO. M. FIL. SEVERO PIO PERTINACI AVG. PATRI Patriæ. Partico Arabico & Parthico Adiabenico Pontifici maximo. Tribunic. poteſt. xi. Imp. xi. Cos. iij. Procos. Et
Imp. Ces. M. Aurelio. L. Fil. L. Antonino Aug. pio: Felici Tribunic. potes. vi. Cos. procos. P. P. Optimis fortiſſimiſq; principibus.
Ob rempublicam reſtitutam: imperiumq; populi romani propagatum inſignibus uirtutibus eorum domi foriſq;. S. P. Q. R.
Apud Colloſſeum eſt arcus marmoreus triumphalis Fl. Conſtantini Imp. cum ſtatuis & Tropheis miro artificio ſculptis & ferculis: quibus nunc ututur in triumpho Saluatoris in Vigilia Aſſumptionis diuæ Virginis Mariæ cum hac inſcriptione.
Imp. Cæs. F. Conſtantini maximi. P. F. auguſto.
S. P. Q. R. quod inſtinctu diuinitatis mentis magnitudine

tudine cum exercitu suo:tam de Tyranno q̄ de omni eius factione uno tempore iustis rempub.ultus est armis Arcum triumphi insignem dicauit.
Sunt & nonnullæ breues inscriptiones in circulis sculptis cum his litteris.
VOTIS.XX. SIC.X.
In introitu ipsius arcus est hæc inscriptio.
FVNDATORI Quietis.
Ab alia parte est altera cum his litteris.
LIBERATORI Vrbis.
Est arcus marmoreus Gordiani imper.apud portā inter aggeres:nō longe a Viminale porta: uestigia cuius dispoliata uisuntur: cuius marmora Reuerendissimus Rap.Car.s.Geor.detulit ad suas ædes conficiendas.
Est præterea arcus Camilli in platea uulgo camilliana dicta:nō lōge a Minerua:statuis dispoliatus atq̄ marmoribus:nō longe a quo erat & alter arcus ex tyburtino lapide cōstructo.Dicūt præterea rome in arcu marmoreo iussu Sybillæ infrascriptas litteras fuisse.
P.P.P.P.s.s.s.V.V.V.V.V.V.V.F.F.F.F.
Quas Beda declarauit.
Erant & alij arcus triumphales in Via lata & flāminea uestigia:quorum haud facile cognoscuntur.
Erant præterea arcus triumphales Theodosij & Gratiani & Valentini & Pauli æmilij & Fabiani & aliorū fundamenta:quorū nostro tēpore partim in nouis fabricis: partim uero lachrymabile dictu in coquenda
calce

calce translata sunt. Vidi præterea in fracto lapide cuiusdam lapidicæ has litteras incisas.
Misitheo Parenti Principum.P.R. Tutori reip. S.P.Q.R.

DE COLLOSSIS.

IN Capitolio erat Collossus Apollinis.xxx.cubitorum.cxl. Talentis factum: quem Lucullus ex Apollonia ponti in Vrbē trāstulit. Talis in campo Martio Iuppiter a Claudio Cæs.dicatus:qui & Pōpeianus uocabatur a uicinitate theatri.
Visus est & Romæ Appollinis Collossus in Bibliotheca templi Augusti quinquaginta pedum a pollice:non minus pulchritudine q̄ ære spectabilis.
Est præterea prope porticū Mineruæ in horto cuiusdam ciuis Ro.statua fracta caput:cuius adhuc integrū apparet:tantæq; magnitudinis: ut omnia signa Vrbis excedat.Patronus horti strepitū adeuntiū pertesus: superimposuit humū.Poggius auctor.
Erat & Collossus magnus in regione.IIII. habens radios octo singulos ped.xxij.& semis.
Erat in foro Collossus Domiciani æneus.
Erat & Collossus Cōmodi Anto. Augu. altitudo cuius erat cubitum tricenum:ut adhuc marmoreū caput cum pedibus in Conseruatorum ædibus apparet.
S.P.Coruilius uictis samnitibus fecit Iouis statuā in capitolio collocare: amplitudinē cuius cernebat̄ ab Ioue Latiario cū statua sua añ pedes prædicti Iouis posita.
Zenodorus

Zenodorus statuarius fecit statuam Mercurij Aluernis in ciuitate Galliæ per annos.x.ped.cccc.Romam deinde accitus est a Nerone:ubi destinatũ illius principis Collossum fecit.cx.pedum:ꝗ̄uis Tranquillus.cxx. dicat:quem posuit in uestibulo domus aureæ.

In Via Cornelij apud equos Tyridatis regis Armeniorum:uisuntur duæ ingentes statuæ:Saturni.s.& Bacchi:ꝗ̄uis Neptunni nonnulli uelint:iacētes corpore:capitaq; substentantes:ac manu dextra copiæ cornum tenentes:ut inquit Appollodorus.

Erant in Vrbe multæ aliæ statuæ ingentes:ut adhuc in campo Martio apud ecclesiã sanctæ Mariæ:& in ædibus Reuerendissimi Car.sancti Georgij nonnullæ integræ uisuntur.

DE STATVIS ET PICTVRIS.

IN Vrbe tot erant statuæ in pub.locis & priuatis quot ciues. Nec tamen potuit inhiberi quo minus Romæ ponerētur statuæ mulierũ: sicuti Corneliæ Grachorũ matri; sedens em̄ huic posita statua insignis in Metelli publica porticu: & in summa sacra uia teste Liuio fuit posita Codis uirginis statua insidens equo. Strabo dicit: Posteri uero & hi præsertim qui nostris fuere temporibus:innumerabilibus & præclarissimis Vrbem Ro. impleuerunt insignibus.

Polycletus sycaonius Agelidis Discipulus Diadumenũ fecit molliter in uicem centum talentis nobilitatũ.Itē & dorisolũ uiriliter puerũ fecit:& quē canona artifices

uocant

uocant liniamenta artis: ex eo petentes uelut a lege quadam: fecit & distringentē se: quē, M. Agrippa ante thermas suas dicauit: multaqꝫ alia in atrio Titi Imper. quo opere nullū absolutius plærīqꝫ iudicarunt. Fecit & duos pueros nudos ludētes: & Mercuriū atqꝫ Herculem antheū a terra substinentē: quē puto fuisse truncū fracti marmoris illius statuę marmoreæ in uaticanū a tua sanctitate translatæ. Fecit & aliū Herculem: qui erat in æde Pompei apud Circummaximū. Visuntur & nostro tēpore celebres equi marmorei cū aurigis uetustate consumpti: a Fidia & Praxitele sculptoribus prædarissimis: ut apparet in litteris ibidem incisis.

OPVS FIDIAE.

OPVS PRAXITELIS.

In Vrbe. xxij. principales equos marmoreos fuisse fertur: e quibus caput cū collo unius uidi fractū apud Ecclesiā S. Thomæ nō longe a platea iudęorū.

Fecit & Proserpinæ raptum Praxiteles ex ære: & Bacchum & satyrū miro artificio: & alia q̄plura signa posita in porticu Octauiæ. Primus Romæ fecit speculum argenteū miræ pulchritudinis.

In æde Iunonis erat imago ipsius Iunonis: a Dionysio & Polideto facta: & Pana & Olympum luctantes eodemqꝫ loco.

Heliodorus Venerem fecerat lauantē se: & Dedalum astantem miro artificio.

Quid dicam de pulcherrima statua Apollinis: quæ

uiua (ut ſic dicam) apparet: quam tua beatitudo in Vaticanum tranſtulit: apud quam eſt Veneris ſtatua cum alato cupidine paruulo in eodem marmore ſculpto: cum his litteris.

VENERI Felici. SACRVM
SALLVSTIA HELPIDVS.DD.

Non tacebo Lacohontis ſtatuam pulcherrimã: quam proprijs oculis aſpexi: inuentam Anno.III. tuæ ſanctitatis in loco Beluidere collocatam: de qua Plinius libro xxxvi.cap.v.circa finem dicit.

Sicut in Lacohonte: qui eſt in Titi impe. Domo opus omnibus & picturæ & ſtatuariæ artis præponendũ ex uno lapide eum & liberos: draconũue mirabiles nexus de conſilij ſententia fecere ſummi artifices Ageſander & Polidorus & Athenodorus Rhodij.

Nec obmittã aliã ſtatuã paulo poſt inuentã apud Campũ flore: a plebe Herculis cũ puero uocata: quã tua ſanctitas in ædibus palatinis collocauit apud ianuã porticus ſuper Viridariũ cũ Epitaphio.

PROCVL ESTE PROPHANI.

Quæ quidẽ eſt ſtatua Cõmodi Imperatoris imitantis Herculem Hylam puerum tenentẽ cum pelle Leonis.

Craterus uero cũ Pithodoro Domos Palatinas repleuere probatiſſimis ſignis.

Eſt præterea in ædibus Conſeruatorũ Herculis ænei ſimulacrũ: cũ alijs nõnullis ſtatuis æneis: & lupa ænea cũ Remo & Romulo: & alia q̃plura Ro. monimenta

cũ duobus

cũ duabus pulcherrimis tabulis lucentibus miræ pulchritudinis & artificij ibidẽ uisuntur.
Obmitto caput æneum Collossi cum pede & manu ibidem positum: & caput æneũ turritũ in Viridario palatij s.Marci.
Omitto præterea marmora & lapides porphiretic.diuersorũ colorũ: septaq; in statuis pictorũ more reducta:ut apparet in porticu sancti Petri & s.Marię trãstyberinæ: & in ecclesia s. Andreæ miro artificio incrustata:ut dixi in stationibus Vrbis: & in ecclesia sanctæ Luciæ in silice:in quibus ecclesijs picturæ animaliũ auiũq; ac si e Musiuo & pictura essent depictæ: uisuntur spolia templorũ & thermarũ Ro.
Inter Capitolium & Palatium erant. xiij. Columnæ marmoreæ cum statua equestri aurea Domiciani:sub cuius pedibus erat Rhemnus fluuius Germaniæ: de qua triumphauit.
Erat Traiani equus æneus in atrio:cuius instar alterũ sibi fieri Constantinopolim Constantinus petebat ab Hormisda architecto:quem secum duxerat: cui Hormisda:Stabulũ quoq; tale cõdas oportet:si uoles equũ late succedere.
Erat in Vrbe equus aureus Constantini apud fo.Ro. ut apparet in regione.viij.
M.Aelius aurelius Ant.educatus fuit in monte Cælio apud Lateranense palatium: in quo loco fecit statuam eius pacificatoris equestrem:uulgo equus Constantini

dicitur in platea sancti Ioãnis Lateraneñ. quã Sixtus. IIII, cũ ingenti base marmorea uarijs insignibus sculpta instaurauit cũ hac inscriptione.

Sixtus. IIII. Pont. max. equũ hunc æneũ uetustate quasi satũ collabentẽ cum assessore restituit.

In Vrbe fuerunt equi ænei deaurati numero. xxiiij. Eburnei uero. xciiij. Tabulæ & signa sine numero. Omitto statuas deorũ numero. lxxx. Dei uero Eburnei. i. statuæ eburneæ numero. lxiiij. marmorei uero sine numero: margaritis & unionibus exornati. Nunq̃ Iulius Cæsar beatissime pater Iuli: in illud gloriæ culmen ascendisset: nisi mirari & imitari Mariũ ab adolescentia didicisset: quin & Alex. profuit Imago in templo Herculis ghadibus conspecta: qua mox ad cupiditatem magnas res agendi nõ exarsit modo: sed (ut ait Trãquillus) ingemuit. Profecto si statuæ illustrium possunt (ut inquit Fran. Petrarcha) nobiles animos ad imitandi studiũ accendere. Quod. Q. Fabiũ maxi. & Q. Corne. Scipionẽ dicere solitos Crispus refert. Quãto magis ipsa uirtus hoc efficit: claro dum proponitur nõ marmore sed exemplo. Quæ quidẽ omnia sanctitas tua: ut alter Iulius Cæsar uirtute propria immẽsoq; labore ad summũ imperiũ deuictis hostibus potentissimis peruenit. Sed ut cepta prosequar beatissime pater: in ædibus Columnensiũ & Vrsinorũ Sabellorũq; sunt multæ statuæ. Omitto multas in ædibus cæsarinis & mediceis Diaco. Car. & in palatio Pauli Veneti: in

quo

quo multa signa marmorea posuit Reuerendissimus Do. de Crimanis uir doctissimus.
In domo saxea apud Parionē sunt statuæ pulcherrimę marmoreæ & Porphiretico lapide sculptæ: cū capite & titulo magni Pompei. Sūt præterea in ædibus Laurentij manilij & sanctæ Crucis & de Branca & Ciampolinis: nō longe a platea Iudæorum statuæ insignes. Sūt deniq; in ædibus de maximis: & de ualle atq; porcharijs: mellinis & mapheis atq; butijs: nō longe a Minerua Satuæ cum epitaphijs Ro.
Obmittto Horologium & mēses duodecim in lapide marmoreo cū signis çodiaci & festis deorū sculptum apud domum Valļ. & in domibus Palauicīn. in campo Martio: maximo artificio inciso uisuntur festa & alia notanda.
Obmitto nonnullas statuas apud aquam Virgineam in regione Triuij in ædibus Fricapan & turris Rosciæ & Iulij de thomais apud ecclesiam sancti Eustachij: & de Capharellis & aliorum Ro.
Vidi præterea in ciuitate Viterb. statuas uetustiss. repertas in colle cybelario. Cybelis: Iasij: Armoniæ: Vestalis & Electræ: de quibus a Io. Viterb. satis dictū est: ut in codice Hieronymi carbon̄. de Viter. uidi cum postillis manu propria Io. annij Viter. de quibus nonnulla dicam in epitha. opusculo.
De picturis pauca scribam: nonnullæ adhuc apparent picturæ in thermis & hortis salustianis & Mecen. &

in monte Quirinali pluribus in locis multa uisuntur uestigia historiarum depicta in ipsis ruinis.

Obmitto loca diruta apud ecclesiã s. Petri ad Vincula uarijs picturis exornata.

Fabius maximus e clarissima gente Fabiorũ: ædẽ salutis pinxit Anno Vrbis cõditæ.cccd.teste Plinio. Pacuuius uero poeta ædẽ Herculis in fo.Bo. miro artificio depinxit. In mõte palatino in uinea phedræ uolater.uiri doctiss.oratoriæ & artis periciss.nõnullos uidi parietes antiquos depictos:uarijsq; coloribus exornatos.

Extra Vrbem uero uia Salaria prope portã est sepulchrum quoddã in uinea ad similitudinẽ templi cõstructum:in quo cæreris & Bacchi picturæ cũ uitibus & uasibus hydriarũ depictæ uisuntur miro artificio: quæ omnia Petrus Paulus de Symeonibus Ro.mihi ostendit apud uineã suã nõ longe a porta Salaria.

Omitto templũ Bacchi apud Ecclesiã sanctæ Agnetis depictũ opere musiuo cũ uitibus & piscibus.

DE COEMITERIIS SACRIS.

COemiteria loca erãt sacra in quibus corpora.s. martyrũ sepeliebant:& scribit per oe.Coemiteria fuerũt multa diuersis in locis urbis & extra.

Coemiterium ad diuũ cucumeris in Laterano.

Coemiteriũ Vrsi pileati: in quo loco erat imago Vrsi habentis pileũ in capite apud ecclesiã sanctæ Balbinæ & sex millia martyrũ. Antiquitus ad uerbũ pilearum uel palearum dicebatur.

Coemiteriũ

Cœmiterium Priſcillæ Via ſalaria apud eccleſiam ſan-
cti Siluestri.
Cœmiteriũ inter duas lauros uia Labicana.
Cœmiterium Traſonis uia ſalaria apud Eccleſiã ſan-
cti Saturnini: in qua erat cœmiterium Ampronîani
& Babillæ
Cœmiteriũ Prætextati Via Appia apud eccleſiam ſan
cti Ianuarij.
Cœmiterium Domicillæ uia Ardeatina apud eccleſiã
ſanctæ Petronillæ. Erat & cœmiteriũ Damaſi & Baſi-
lei atq; Balbinæ in dicta uia.
Cœmiteriũ Calcopodij Via Aurelia apud eccleſiam
ſancti Calixti.
Cœmiteriũ calixti in Vrbe apud eccleſiã ſan. Sixti: erat
& aliud cœmiteriũ calixti ad cathecumbas extra Vrbẽ
ubi nũc eſt eccleſia ſanctorũ Fabiani & ſebaſtiani mar.
Cœmiteriũ comodillæ uia hoſtrenſi.
Cœmiterium ad inſalatas Via Portuenſi apud eccle-
ſiam ſancti Felicis. Erat & cœmiterium Pontiani &
Ampronîani.

DE SEPVLCHRO AVGVSTO rum & mole Hadriana.

IN ualle Martia Octauius Auguſtus Mauſoleũ extruxit: ut adhuc apud eccleſiã ſancti Rochi ueſtigia ipſius antiquę celſitudinis demonſtrant: in quo ſepulchro erant ſtatuę ęneę atq; marmoreę cũ inſcriptione Pacis & Victorię & P. P. ad honorẽ ipſius

Auguſti

Augusti. Quod quidẽ Mausoleũ non sibi solũ: sed posteris commune posuit. De quo Suetonius. Reliquias mausoleo condiderũt. Id opus inter Flamineam uiã ripamq; Tyberis sexto consulatu suo extruxerat. Cassiodorus uero ait. Sed mundi dominus ad potentiã suam opus extollens: mirandã Romanis etiã erigens fabricã in uallem Martiã tetendit. Augustus immẽsa moles firmiter præcincta montibus continetur: ubi magnarũ rerum iudicia clauderẽtur: bissena quippe ostia ad. xij. signa posuerunt. Strabo autẽ dicit: Cõmemoratione dignissimũ est: q Mausoleũ Appellan in excelsis fundatum molibus: lapide niueo & perpetuæ uiriditatis arboribus coopertũ: in summũ usq; uerticẽ ad fluminis ripam exaggeratũ: in summo autẽ positum est Cæsaris Aug. simulacrũ ex ære fabricatũ: sub aggere ipso sunt eius loculi & cognatorũ & necessariorũ: a tergo uero lucus est mirifica continens ambulacra: in medio autẽ campi spacio busti extat ambitus: & hic ipso niueo perfectus lapide: ferreos in circuitu cãcellos habens: & plãtatas interitus per se ferens populos. Erãt ibi pater beatissime circũiectæ syluæ atq; ambulationes in usum populi Romani. Stabãt præterea apud dictũ locũ Obelisci duo: & columnæ ingentes pulcherrimæ cũ parietibus marmoreis porphireticisq; lapidibus incrustatis.

Arthemisia regina fecerat mausoleum monumentum Mausolo Regi Cariæ marito: quẽ amasse fertur supra omnis amorũ fabulas teste Cellio: sepulchrũ memoratissimũ

tissimū dignumq; numerari inter septem omnium terrarū spectacula. Erat Mausolus nomen Regis: & Tragediæ Higinus author.
Hadrianus Imp. Augustū prædictū emulatus nō longe ab ipsa mole augusta in Vaticano aliam pulcherrimā de suo nomine excitauit: in qua erat duplex ordo columnarū superpositus: ut in nūmis Hadriani apparet. Quas columnas postea Constātinus imperator ad ecclesias Apostolorum Petri & Pauli transferri iussit. Apud quā molem erat pons prestantissimi operis: fuerat eñ illic tectum columnis excitatū quadragintaduobus marmoreis opere trabibus: fabricato tectura ęnea ornatu mirifico: ut ipsa uestigia demōstrāt. In dicta mole sunt nōnullæ inscriptiones imperatorū. s.
IMP. CAE. DIVI TRAIANI PART. F. Diui Neruæ Nepoti Traiano Hadriano Aug. Ponti. Max. Trib. pot. xxij. Impe. Cæs. Cutaleus Hadrianus Ant. Aug. pius Pont. max. Trib. potes. ij. Cos. Desi. III. PP. parentibus suis.

Alia inscriptio ibidem.

IMP. CAESARI L. Aurelio Vero. Aug. Armeni ac. Med. Parthic. Pontific. Tribunic. Pot. viiij. impe. v. Cos. iij. P.P.

Est & alia inscriptio ibi prope.

IMPERATORI Cæsari Diui Marci Antonini Pij Germanici Sarmatici filio Diui Pij nepoti Hadriani pronepoti Diui Traiani Partic. Abnepoti Diui

Neruæ Abnepoti Lucio Aelio Aurelio Cōmodo Augusto Sarmatico Germanico Maximo Britannico Pōtifici Maximo Tribunitiæ Potestat. xviij. Imperat. viij. Consul. vij. Patri Pater Pat.
Sunt & aliæ inscriptiones: ut dicam in Epitaph. opu. In qua mole uisuntur Boum capita & alia q̄pplura mirabili artificio sculpta: de instauratione eius nōnulla dicam inferius de noua Vrbe.
Apud ecclesiā s. Mariæ populi est moles quadrata dispoliataq; marmoribus nō longe ab Augusta: uulgo sepulchrū matris Neronis: quæ moles fuit sepulchrum Marcelli. F. Augusti. Nō longe ab ipsa mole erat sepulchrum Neronis Ebore exornatum.
Quod Aegloge & Alexandria nutrices & Attia cōcubina gentili Domitiorū monumēto condiderūt: quod prospicitur (ut inquit Suetonius) e campo Martio impositū colle Hortulorū: in quo soliū porphiretici marmoris superstanti lunensi ara circumseptum erat lapide Taxio. Eadē cōfirmat Spartianus: uestigia cuius extāt in uinea cōtigua ecclesiæ sanctæ Marię populi: in quo loco bis fui cum Iacobo de ceccharinis Vghubiñ. possessor uineæ. Nō longe ab ecclesia sanctorꝫ duodecim Apostolorū in lapide marmoreo putei apud ecclesiā s. Andreæ uisuntur incisæ litteræ infrascriptæ.

OSSA.

TI. CAESARIS DIVI Aug. F. Aug. Pont. maximi Trib. Pot. xxxix. Imp. viij. Cos. v.

Ante ædes

Ante ædes Conſeruatorem in lapide marmoreo.

OSSA.

Neronis Cæſ.Germanici Cæſaris.F.Diui Aug.Pron. Flamin.Auguſtalis Queſtoris.

In alio lapide ibidem propinquo marmoreo.

OSSA.

AGRIPPINAE.M.Agrippæ Diui auguſti Neptis uxoris Germanici:cæſaris matris.C.cæſaris Aug. Germanici principis.

Omitto multa ſepulchra cum Epitaphijs : quæ ſunt in Vaticano & uia Flaminia Salariaq̧ & Appia: ut dicã in opuſculo Epitaph.Nonnulli faciebant ſepulchra in modum ſacelli. Alij extruebant Pyramides & moles. Nõnulli uero columnas memorandas.De quibus mẽtionem facit Bap.Leo lib.viij.

DE SEPTIZONIO & nõnullis epitaphijs.

Eptiçoniũ eſt inter palatiũ & eccleſiam ſancti Gregorij:ut adhuc tris ordines columnarũ ſuperpoſiti cernũtur:nõ longe a Circo maximo: apud quẽ locũ ſepulchrũ Seueri aphri Imper. fuiſſe dicũt:de quo Iulius capitolinus in uita Ant.çete.F.Seueri ſcribit: Illatus eſt maiorum ſepulchro: hoc eſt Seueri: quod eſt in appia uia euntibus ad partem dexterã Septiçonij:quod ille ſibi uiuens ornauerat.

Spartianus uero dicit:Cum ſeptiçonium faceret: nil aliud facere cogitauit: q̃ ut ex Aphrica uenientes ſuum opus cernerent:& medium ſimulacrum eius locatum

additũ palatinis ædibus: is regium arcũ ab ea parte facere uoluisse perhibet: & ab aruspicibus prohibitus: apud quod erat templũ Ai loquentis in uia noua teste Cicerone: in quo loco fasciolæ Petri ceciderunt.
Septiçonium templũ conditum a Seuero Imperatore: qui cũ uidisset in Vrbe omniũ deorũ esse templa: hoc uoluit ad honorẽ septẽ planetarũ: qui p hebdomadę dies exprimunt condere: & appellauit illud septiçoniũ a septẽ çonis. Nõnulli septodium uocant a septẽ uijs. Legimus Eliogabalum latiores & digniores uias strauisse saxo macedonico & porphiretico teste bap. Leo. Fuitq; hoc unum inter Seueri opera pub. numeratũ. Seuerus eñ Impe. ædificijs pub. Vrbem ipsam multis in locis exornauit: ut legitur apud Spartianũ: in quo loco adhuc uisuntur nõnullæ cubitales litteræ dirutæ. Aug. trib. Pot. vi. Cos fortissimus nobilissimusq;.
Apud domum coruinam in loco qui corrupte dicitur Macellum coruorũ: sunt infrascriptæ litteræ in lapidibus Tyburtinis incisæ.
C. POLLITIO. L. F. BIBVIO AED. Pl. Hon. Virtutisq; Caussa. Senatus e consulto Populiq; iussu locus monumẽto. Quo ipse posteriq; eius inferrentur publice datus est.
Ab alia parte sunt litteræ prædictæ iterum incisæ.
In lapide fracto apud colũnã Cod. ant. uidi has litteras NON Enim Quicquam Est quod Imperatorẽ Ro.
melius

melius cõmendet gentibus q̃ clementia.
Hæc cæſarem deum fecit:hæc auguſtum conſecrauit:
hæc Ant.Pij nomine ornauit.
De alijs Epitaphijs antiquorum Ro. nullã nunc facio mentionem:uidi nancq; libellũ Io. Vectorij clerici Vulterani:in quo nonnulla collegi: ut dicam in Opuſculo Epitaphiorum.

DE OBELISCIS ET METHIS.

EST autem obeliſcus lapis aſperrimus maculiſcq; circumornatus:in figuram methæ cuiuſdã ſenſim ad proceritatem conſurgens excelſam:utcq; radium imitetur gracili ſcens paulatim ſpecie quadrata in uerticem productus auguſtum manu leuigatus artificis:in nonnullis uero innumeræ formarũ notæ apparẽt undicq; inciſæ.De quibus Cornelius Tacitus ait: Primi per figuras animaliũ ægypti ſenſus mentis effingebant:& antiquiſſima monumenta memorię humanæ impreſſa ſaxis cernuntur.
Octauius autem Aug.teſte amniano ab Heliopolitana ciuitate ægypti duos trãſtulit obeliſcos:quorũ unus in Circomaximo a rege Semneſerreo exciſus:& alter qui a ſe ſoſtride factus fuit:in cãpo locatus eſt Martio. Obeliſcus cõſtitutus in circomaximo erat ped.cxxviij. præter baſim eiuſdẽ lapidis: qui adhuc ibidẽ in hortis prędicti Circi fractus in duas partes terra obrutus eſt. Obeliſcus uero campi Martij erat ped.ix.minor prædicto: cui diuus Auguſtus addidit mirabilẽ uſum ad

deprehendendas ſolis umbras: dierumq; ac noctium magnitudines teſte Plinio. Manlius mathematicus api ci auratam pilam addidit: cuius uertice umbra colligeretur in ſemetipſam: adhuc fractus iacet apud ecclеſiã ſan. Laur. in lucina.

Obeliſcus autem Vaticani in circo Neronis a. C. Cæſare calicula poſitus ex omnibus unus eo tempore fractus in mollitione eius: ut nunc uidetur: aliis uero iacentibus ſolus erectus ſtat ſuper baſim eiuſdem coloris: altitudo cuius eſt ped. lxxii. in quo ſemideletæ litterę ab una parte uiſuntur.

DIVO Cæſari Diui Iulii. F. Auguſto. F. Cæſari diui Auguſti. F. Auguſto Tyberio ſacrum.

Eſt & alia inſcriptio ab altera parte. ſ.

DIVO CAESARI Diui Auguſti. F. Auguſto Tyberio Sacrum.

In cuius ſummitate pila deaurata poſita eſt.

Erant præterea Obeliſci duo apud Mauſoleum Auguſti longitudine pedũ. xlii. e quibus unus adhuc in Vinea bufalorum iacet confractus: non longe a porta Pinciana.

Erat Obeliſcus maior omnibus: quẽ Diuus Auguſtus miraculi gratia aduexerat: puteoliſq; naualibus perpetuũ dicauerat. Diuus uero Claudius ꝑ aliquot annos aſſeruatũ eũ: quẽ pędictus. C. importauerat: omnibuſq; nunq; in mari uiſa ſunt perductum hoſtiam portus faciendi gratia mergi: quo experimento palam fuit non

minus

minus aquarũ huic anno esse q̃ Nilo. Tamẽ isdem Tyber est: sed tot aquęductus ubi nam sunt: ad quẽ superabundantes aquæ confluebant?
Erant pręterea in Vrbe ipsa Obelisci minores uarijs figuris & charac. exornati numero. xlij. ut in multis locis nonnulli adhuc apparent.
Non longe a mole Hadriana erat Metha: quã Alexã. sextus Pont. destruxit ut uiam aperiret: uestigia cuius adhuc extant apud ecclesiã s. Marię transpõtinę: quam (ut Plutarchus ait) Scipionis fuisse sepulchrũ in pyramide sub Vaticano: q̃uis nonnulli sepulchrũ epulonũ fuisse cõprobent: ab uulgo Romuli Metha dicitur: alia uero apud Auentinũ Rhemi appellatur.
Est & Metha seu Pyrhamis prope portam san. Pauli mœnibus Vrbis inserta: nobile sepulchrum. C. Cestij vij. uiri epulonum. Quod opus absolutũ ex testamento. C. com. diebus. cccxxx. in qua sunt sculptę infrascriptę litterę ab una parte.
C. CESTIVS. L. F. POPVLO. P. R. TR. P. L.
VII VIR. EPVLORVM.
Sunt & alię litterę minores incisę cum supradictis ab alia parte: uidelicet.
Absolutum ex Testamento Diebus. cccxxx.
ARBITRATV.
Ponti. P. E. Clamelle heredis & pothi. L.
Tamen tua beatitudo ut alter cęsar in ampliando imperio: exornandaq̃ Vrbe gloriari potest. Gloriari enĩ

solitus erat Diuus Aug. Cæsar urbē se marmoreā reddere: quam Lateritiam accepisset: cuius suasu cū gener Agrippa asinius pollio: Plautius & Cornelius balbus reliquiq; amici eam uariis operibus exornassent: ut nostro tēpore Sixtus fecit: & tua beatitudo cū Dominico Ruero & Raphaele Riario: Fatioq; Viterb. Cardinalibus: additis Frācisco Sotherino & Io. de Medic. Flor. & aliis amicis tuæ sanctitatis: ad ornamentū & utilitatem Vrbis nouæ & sanitatē corporis. Non em̄ quotidie pestis in Vrbe ut prius passim audit: purgatis uiis ac dilatatis: gratia domini nostri Iesu christi: qui Iulium pastorē. II. conseruet cū omnibus suis.

DE CARCERE PVB.

CArcer a coercendo: q̄ exire prohibetur. Erat carcer a Tullio rege in radicibus capitolii super forū Ro. uersus septentrionē cōstructus: & ab ipso Tullio carcer Tullianus dicitur: q̄uis & Mamertinus postea a mamertinis populis appellatus sit: in quo loco postea fabricata fuit ecclesia: quæ hodie sancti Petri in carcere nominat̄: supra portā cuius sunt litteræ cubitales tyburtino lapide incisæ cū hac inscriptione. s.
C. Vibius. C. F. R. Enius: M. Cocceius. M. F. Neru.
Sequentes litteræ sunt calce & pictura coopertæ ex altera parte Capitolii uersus meridiē: ubi nūc est ecclesia sancti Nic. in carcere: fuit postea ædificatus carcer: & a Claudio. x. uiro: quē appellauit carcerē plebis Romanę in quo loco erāt Latomiæ & lapicidinæ: & atriū Titiū

a Catone

a Catone censorino extructũ: qui & Martiũ ædificauerat: teste Liuio de bello Macedonico. Latomia locus erat in carcere Tulliano: teste Varrone. Liuius lib. xxxvi. scribit. Triumuiri carceris latomiarũ intentiorem custodiã iussi: & Sabiniũ in Latomias fuisse damnatum scribit Seneca lib. ix. Erat & carcer apud ecclesiã sancti Laurentij in Fontana: & in alijs locis Vrbis.

DE LEGIBVS ET TABVLIS AENEIS.

IN Vrbe multæ fuerũt leges: ut inquit Pom. læt. in opusculo de Magistratibus.

Lex aqlia ab ipso aquilio lata de dolo & fraude.

Lex Cynthia a Cythio: ne quis pecuniam ob causam orandam acciperet.

Cornelia lex a Cornelio lata.

Fabia lex a Fabio producta.

Lex frumentaria a Sempronio Gracco lata.

Erat & Flauia & Iulia: Manilia: Papia & Gabinia: & aliæ leges q̃plurimæ a latoribus nominatæ.

In ærario & in templo Iouis Capitolini (ut supra diximus) multæ extabant æreæ Tabulæ affixæ: e quibus unam tantum nostro tempore in Lateranensi Basilica ꝓspexi apud Tabernaculũ sacratissimi corporis Christi: latitudo cuius ped. iiij. longitudo uero sex. In qua cõtinentur infrascripta.

Fœdus ue cum quibus uolet facere: liceat ita ut licuit Diuo Angu. Ti. Iulio Cæsari Augu. Tyberioq; Claudio Cæsari Augu. Germanico Vtiq; ei Senatum ha-

bere relationem facere remittere senatusconsulta per relationem discessionemq́ꝫ facere liceat ita ut licuit Diuo Aug. Ti. Iulio Cæsari Aug. Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtiq́ꝫ cum ex uoluntate auctoritateue iussu mandatuue eius præsenteue eo Senatus habebitur: omnium rerum ius perinde habeatur: seruetur adsi e lege senatus edictus esset habereturq́ꝫ.

Vtiq́ꝫ Cos. magistratū: potestatē: imperiū: curationēue cuius rei petentes senatui populoq́ꝫ Ro. cōmendauerit Quibusue suffragationē suā dederit: promiserit eorū comitijs quibusq́ꝫ: extra ordinē ratio habeatur.

Vtiq́ꝫ ei fines Pomerij proferre promouere: cum ex republica censebit esse liceat: ita ut licuit Ti. Claudio Cæsari Aug. Germanico.

Vtiq́ꝫ quæcunq́ꝫ ex usu reipublicæ maiestate diuinarum: humanarum: publicarum priuatarumq́ꝫ rerū esse ecensebit ei agere facere ius potestasq́ꝫ sit ita uti Diuo Aug. Tyberioq́ꝫ Iulio Cæsari Aug. Tyberioq́ꝫ Claudio cæsari Aug. Germanico fuit.

Vtiq́ꝫ quibus legibus plebeiue scitis scriptū fuit: ne Diuus Aug. Tyberiusue Iulius Cæsar Aug. Tyberiusq́ꝫ Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerētur hijs legibus plebisq́ꝫ scitis Imp. Cæsar Vespasianus solui iussit quæq́ꝫ ex quaq́ꝫ lege rogatione diuum Aug. Tyberiū ue Iulium cæsarem Aug. Tyberiumue Claudiū Cæsarem Aug. Germanicū facere oportuit ea omnia Imp.

Cæsari

Cæſari Veſpaſiano Aug. facere liceat.

Vtiq; quæ ante hanc legem rogatam acta: geſta: decre ta: imperata ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano Aug. iuſſu mandatumue eius a quoq; ſunt ea perinde iu xta rataq; ſint: acſi populi plebisue iuſſu acta eſſent.

Quæ quidē omnia beatiſsime pater in rigis lineatis ſeu proſarū uerſibus. xxxij. inciſa cōtinent. Sunt & alia uer ba in eadem tabula ſculpta in lineis quinq; uidelicet.

SANCTIO.

Si quis huiuſce legis ergo aduerſus leges rogationes plebisue ſcita ſenatusue conſulta fecit fecerit: ſiue quod eum ex lege rogatione plebisue ſcito. S. ue. C. facere oportebit non fecerit: huius legis ergo id ei ne fraudi eſto: neue quid ob eam rem populo dare debeto: neue cui de ea re actio: neue iudicatio eſto: neue quis de ea re apud. ei ſintio

Omittitur particula ex anguli fractura.

Io. an. Viterbienſis in quarta eius inſtitutione de exciſis memorijs mentionē facit de ſex tabulis dicens.

Sex tabulæ memoratu dignæ exciſæ marmoribus ex tant de antiquitate & rebus Ethruriæ. Duæ ſunt Ly biſcillæ. Duæ cybelariæ. Vna Tuſcanienſis: & altera ur bana: & quæ ſequuntur.

DE LAVDIBVS NONNVLLORVM Ro.

ANimi præſtantiſſimū arbitror inquit Plinius. C. cæſarē dictatorē. Nec uirtutē conſtantiāq; nunc commemoro: nec ſublimitatem omniū capacem

capacem quæ cælo continentur: sed proprium uigorem celeritatemq; quodam igne uolucrum scribere: & legere simul dictare & audire solitum accepimus. Epistolas uero tantarum rerum quaternas pariter librarijs dictare: aut si nihil aliud ageret septenis. Idem signis collatis quinquagies dimicauit. Solus eñ Marcum marcellum transgressus: qui undequadragies dimicauerat. Nam præter ciuiles uictorias undecies centum & nonagintaduo millia occisa prælijs ab eo non quidem in gloria posuerim. Tantam etiam coactam humani generis iniuria: quod ita etiam confessus est ipse: bellorum ciuilium stragem non pro non prodendo: ut iustius Pompeio Magno tribuatur: octingentas quadragintasex naues Pyrrhatis ademisse Cæsari proprium & peculiare fuit præter iam supradicta clæmentiæ insignia: cui comparari non possit aliud. Spectacula enim edita effusasq; opes aut operum magnificentia in hac parte enumerare luxuriæ fauentis est: illa fuit uera & incomparabilis inuicti animi sublimitas captis apud Pharsaliam Pompei magni scrinijs Epistolarũ: iterumq; apud Tapsum Scipionis ea optima cõcremasse fide atq; non legisse.

Sequuntur uerba Plinij in Pompei magni laudem.

Verum ad decus Imperij Ro. non solum ad uiri unius pertinet Victoriam: Pompei magni titulos omnes triumphosq; hoc in loco nuncupare: æquato non modo Alexandri magni rerum fulgore: sed etiã Herculis

propę

prope ac liberi patris. Igitˀ Sicilia recuperata: unde primũ Syllanus in Reipub. causa exoriens auspicatus est. Aphrica uero tota subacta & in ditionẽ redacta: magnicꝫ nomine spolium inde capto: eques Romanus id quod antea nemo curru triumphali reuectus est: & statim ad solis occasum transgressus: excitatis in Pyreneo tropheis: oppida octingenta. lxxvij. ab Alpibus ad fines Hyspaniæ ulterioris in ditionẽ redactam: uictoriæ suæ ascripsit: & maiore animũ sertoriũ domuit: belloq; ciuili quod oĩa cõcutiebat externa extincto: iterũ triũphales currus eques Romanus induxit totiens imperator antecꝫ miles. Postea ad tota maria: & deinde solis ortus missus hos retulit patriæ titulos more sacris certaminibus uincentiũ: necꝫ eñ ipsi coronãtur: sed patrias suas coronant. Hos ergo honores Vrbi tribuit in delubro Mineruæ: quod ex manubijs dicabat Gn. Pompeius magnus Imp. bello. xxx. annorũ confecto: fusis fugatis occisis: in ditionem acceptis hominũ centies uicies semel octogintatribus millibus. Depressis aut captis nauibus. dcccxlvi. Oppidis: Castellis mille qunigẽtis. xxxviij. in fidẽ receptis. Terris a Meothis lacu ad rubrum mare subactis: uotum merito Mineruæ. Triumphi uero quẽ duxit. iij. Kal. Octob. M. Messala & M. Pisone Consulibus: præfatio hæc fuit. Cum orã maritimã a prædonibus liberasset: & Imperiũ maris popu. Ro. restituisset: ex Asia: Pontho: Armenia: Paphlagonia: Capadocia: Cilicia: Syria: Scytis: Iudæis: Albanis:

Hiberia insula: Creta: Basternis: & super hæc de regibus Mitridate atq; Tigrane triumphauit summa summarum in illo gloria fuit: ut ipse in conditione dixit: cũ de rebus suis dissereret Asiã ultimã prouinciarũ accepisse: eandemq; mediã patriç reddidisse. Si quis e contrario simili modo uelit percensere Cæsaris res: qui maior illo apparuit: totum profecto terrarũ orbẽ enumeret: quod infinitũ esse conueniet.

Sequunt̃ & uerba Plinij: ubi agitur de Fortitudine. L. Dentati: qui Tribunus plebis fuit. Sp. Tarpeio. A. thermo Coss. haud multo post exactos Reges innumerosissima suffragia habet centies uicie preliatus: octies ex prouocatione uictor. xlv. cicatricibus aduerso corpore insignis nulla in tergo. Item spolia cepit. xxxiiij. donatus hastis puris duo de uiginti: phaleris. xxv. torquibus tribus & octoginta: armillis. dv. coronis. xxxvi. Cuneis. xiiij. Aureis. vij. Muralibus tribus. Obsidionali una. Fisco æris. x. Captiuis. xx. millibus. Imperatores nouẽ ipsius maxime opera triumphãtes sequutus. Præterea quod optimũ in operibus eius reor uno ex Ducibus T. Romulo ex cõsultatu ad populũ conuicto male acti imperij rei militaris: haud maiora forent Manlij Capitolini decorani perdidisset illa exitu uitæ: ante. xxij. annos bina ceperat spolia: primus omnium equus Coronam muralẽ acceperat. vi. Ciuitas. xxxvij. Dona. xxxiij cicatrices aduerso corpore exceperat. P. Seruilium magistrum equitum seruauerat: si nõ regno suo seruasset.

Verum

Verum sunt in his quidem uirtutis opera magna: sed maiora Fortunæ. M. Sergio ut equidem arbitror: nemo quemq̃ hominũ iure prætulerit: licet ꝑnepos Catilina gratiam non derogarit. Secundo stipendio dextram manum perdidit. Stipendiis duobus ter & uicies uulneratus est: ob id nã manu neutro pede satis utilis: uno tantũ seruo plurimis: postea stipendiis debilis miles bis ab Hannibale captus. Neq̃ enim cum quolibet hoste res fuit: bis uinculorum eius profugus: uiginti mensibus nullo nõ die in cathenis aut compedibus custoditus: sinistra manu sola q̃ter pugnauit duobus equis suffossis. Cremonam ab obsidione exemit: Placentiam tutatus est: duodena hostium castra in Gallia cepit: que omnia ex oratione eius apparent habita: cum in prætorio sacris arceretur a collegiis ut debilis. Quos hic coronarum aceruos constructus hoste mutato. Etẽ plurimis refert inique cuiusq̃ uirtus tempora inciderit: quas Trebia Ticinusq̃ aut Trasimenus ciuicas coronas debere? Quæ cãnis corona merita: unde fugisse summũ opus fuit. Cæteri profecto uictores hominum fuere. Sergius uicit etiam fortunã. Ingeniorum gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarũ genera: & tantarũ rerum operumq̃ uarietate: nisi forte Homero uate græco nullum feliciorẽ extitisse conuenit: siue operis fortuna siue materia extimetur. De uiris peritis & excellentissimis Ro. longũ esset narrare. Opera enim illorum adhuc extant.

De diuitiis

DE DIVITIIS RO.

MArcus Crassus negabat diuitē nisi qui reddi-tu annuo legionē tueri posset. Scribit eñ Plinius lib. xxxiij. C. Asinio Gallo: & C. Mario Cyrino Cos. vi. Kal. Feb. Caius cecilius claudius Isydorus testamento suo edixit: q̄uis multa ciuili bello perdidisset: tamen relinquere seruorū quattuor millia centum sexdecim. Iuga boū tria millia sexcenta: reliqui pecoris cc. quinquagintaseptē mill. innumerato pondo sexcenta millia: qui funerari se iussit sextertijs undecim millibus. Caluus uero orator querebatur uasa coquinaria ex argento fieri. At nos dicit Plini. Carrucas ex argento celare inuenimus: & lectos mulierū iam pridē totos operiri argento: & Tridinia quædā quibus argentum addidisse primus traditur Caruilius folio eques Ro. Idē & aureos fecit lancesq̃ e centenis lib. argenti: quas tunc super quingentas numero Romæ fuisse constat: & alia multa incredibilia. Narrat deniq̃ Pl. lib. xxxvij. Auctoritatē Catulli poetæ uidentis consulē ciuem dicens: Auusq̃ Seruilij Noniani quē consulem uidimus: illeq̃ proscriptus fugiens: hunc e fortissimis suis omnibus Annulū abstulit secū: quem certū est sextertijs uiginti millibus extimatum.

Quid præterea dicendū est de P. Clodio: quem Milo occidit: sextertijs centū quadragintaseptē millibus domo empta habitasse. Itaq̃ & ipsum Milonem sextertia septingenta millia æris alieni habuisse.

Omitto

Omitto multa de Cæſare Aug. de quo Suetonius ait. Aedes ſacras uetuſtate collapſas: aut incendio aſſumptas refecit: eaſq; & cæteras opulentiſſimis donis adornauit: utpote qui in cellã Capitolij Iouis ſexdecim millia pondo auri gẽmaſq; ac margaritas quingenties ſextertiũ una donatione contulerit.

Quid dicã de nobiliſsima & potentiſsima Fabiorũ familia: quæ proprijs ſumptibus bellum contra Veientes ſumens: in uno conflictu ſex ſupra trecentos eiuſdẽ familiæ milites patritij ordinis uiros amiſit.

Diues apud Romanos habebatur: qui exercitum Ro. poterat ex proprijs alere ſumptibus: prout. M. craſſus aluit: & alij quãplures fecere. Quis præterea in Italia eſt beatiſſime pater Iuli noſtro tempore Princeps ſeu ciuis tam potens: tantaq; præditus ſuppellectili: ut erat Lucullus ipſe Romanus: quem Cicero Xerſem appellauit qui ad uigintiquinq; mil. hominũ honorifice ſuſcipere poterat: Nec tamẽ Lucullus ſolus ea in Vrbe diues habebatur teſte Plinio: cum etiã uiginti ciuiũ millia & eo amplius in Vrbe Romana fuiſſent: qui cũ Lucullo de diuitijs contẽdere potuiſſent. Clodius uero Aeſopi tragedij filius Romæ ſingulos uniones ac precioſiſſimas margaritas in conuiuio magnificentiæ cauſa ad ſorbendum dedit.

Ancus autem Martius ſalis modios ſex millia in congiario dedit Po. Ro. qui primus ſalinas inſtituit.

T. Petronius iuriſcõſultus moriturus inuidia Neronis

Principis: ut mensam eius exhæredaret. Trullam murinam trecentis sextertijs emptam fregit. Sed Nero (ut par erat) Principes uicit omnes. cccc. sextertijs fragmēta emit: & Cupidinē unā parauit qua potaret.
Omitto Trullam cristallinam centū quadraginta millibus emptā a matrefamilias nec diuite. Opera ipsa ædificiorum diuitias Ro. ciuiū demonstrarunt.

DE NONNVLLIS TRIVMPHantibus.

IVlius Cæsar quinquies triumphauit.
Primus excellētissimus triumphus fuit Gallicū. Sequentē uero egit Alexandrinū. Deinde Ponticū. Proximū Aphricanū. Nouissimū uero Hispaniēsem: diuerso quēq; apparatu: ascenditq; Capitolium ad lumina. xl. Elephantis dextra atq; sinistra Lychnos gestantibus: teste Suetonio. Pontico Triumpho inter pompæ fercula trium uerborū prætulit titulum.

VENI. VIDI. VICI.

Quid dicam de Pompeio Magno: qui primus triumphans Myrrhina uasa inuexit: sexq; pocula ex eo triūpho Capitolino Ioui dicauit: quæ primum ad hominum usum transiere. Abacis etiam escarijsq; uasis inde expetitis. Excreuitq; indies eius rei luxus. Myrrhyno. lxxx. sextertijs tres Pompeius ipse magnus in tertio Triumpho transtulit alueum cum texaris lusoriū e gēmis duabus: latum pedes tres: longū uero ped. iiij. & lunam auream pondo. xxx. milliū: tactos tridinares tres: uasa ex auro & gemmis Abacorū nouē. Signa aurea

tria

tria Mineruæ matris & Apollinis: coronis ex margari tis.xxxiij. Montem aureum quadratum cum ceruis & leonibus & pomis omnis generis circundata uite aurea. Museum ex margaritis: in cuius fastigium Horologium erat cum imagine G N. Pompeij e margaritis & alia q̃plura spolia aurea.

Omitto Triumphũ Scipionis Aphricani: qui teste Liuio lib.xxxij. in triumpho suo argenti põdo centũ millia.xxij. in pub. ærario posuit: ad Vrbemq; statuas pulcherrimas & infinitã prædam perduxit.

Paulus Aemilius ex uetustissima Aemiliorũ patritiorũ familia: post uictoriã de hugubris habitã: ꝓfectus est cũ exercitu contra Perseũ Macedonũ Regẽ: ipsum tandem cũ filijs ac filia captũ: cũ uniuerso theçauro Macedoniæ Romã deduxit: cui. S.P.Q.R. preparauit triumphũ. Omnia templa Vrbis aperta erant: sertis & floribus exornata: & in omnibus locis Vrbis: per quæ transiturus erat: arcus lignei Triumphales fabricati uarijs ornamentis erecti fuere. Prima em̃ die uix Signis Figuris: Collossis: Tabulis transmittendis suffecit.

Secũda uero die Macedonũ arma multis curribns delata fuere: sicut erãt scuta gateæ: Thoraces: ocreæ: om̃ia ex auro adornata. Post hæc autem in curribus sequebantur uiri qui nũmismata ferebant argentea in uasis ccd. Quodlibet em̃ uas erat triũ talentorũ: quatuorq; uiri singula uasa regebãt: alij uero chrateras: phialas argẽteas: ornatissimosq; calices aureos deferebãt. Tertia

uero die ſtabant Tybicines claſſicũ & bellicũ ſonũ dantes: poſt quos.cxx.boues albi deauratis cornibus: uictis & ſertis ornati: ducebãtur cũ patenis & uaſis ſacrificandi. Poſtea uero ſequebantur & uiri ut ſupra: portantes aurea nũmiſmata in uaſis: numerus uaſorũ triũ Talentorum fuit.lxxxiij.cũ aurata phiala decẽ Talentorum precioſis margaritis exornata: cũ alijs ꝗ̃pluribus uaſis aureis magni põderis lapidibus precioſis adornati. Poſt hæc erat ornatiſſimus Perſei Regis deuicti currus cũ ſpolijs & diademate: cũ armis eius in altum extenſis. Poſtea uero Darius & Alexandri Regis filij cum pedagogis & alumnis fortuniũ ſuum pro ætate nõ intelligẽtes: quos pulcherrimos paruulos ad lachrymas Senatus populuſq; uniuerſus præ gaudio cõmotus eſt: omniſq; turba Regis filios & filiã ad miſericordiã conuerſa eſt. Ipſe uero Perſeus rex poſt filios demiſſa facie trepidus ac turbatus incedebat: poſt quem amici eius & duces & potentes & familiares ibant mœſti & lachrymantes: ut ſpectaculum lætitiæ & doloris uiſum eſt: uictores & uicti lachrymabãtur. Poſt eũ aureę coronæ deferebãtur: quas a ciuitatibus Græciæ Aemilius dono acceperat. Numerus em̃ coronarũ erat.cccc. Poſtremo uero Aemilius ipſe triumphans uictor: ornatiſsimo curru inuectus ſequebatur: purpurã auro cõtextam indutus: laureatus: lauriq; ramuſculũ manu dextra gerens: quẽ trahebant quatuor equi: candore certantes cũ niue. Milites uero ſubſequebantur in ordine:

canentes

canẽtes patria carmina salibus permixta. Nõnulli uero Aemilij laudes & uirtutes currũ subsequebantur captiuitate liberati: raso capite & pileati: deinde equites laureati. Erant ibidẽ & arma uictorũ laureata in triumpho: qui triumphabant coronã laureã cũ peruenisset ad Capitoliũ: post sacrificia ponebat in Iouis gremio.
Iulianus imperator Romã cũ triumpho uia Flãminia ingressus aureo carpento: ciues obuiã factos mira benignitate inspexit: & ueneratus est: dictitans illud Cyneæ Pyrrhi legati uerũ esse: tot se uidere Reges in Vrbe Roma quot ciues: populũ Romanũ ad risum concitauit: ꝙ portã Vrbis ingrediens: cellas & fastigiatas arcusq́ triumphales præaltos & latos: homo paruæ staturæ: caput incuruaret more anserũ: lesionẽ ueritus. Is præterea campũ Martium cũ admiratione inspiciens: sepulchrũ Aug. Cæsaris tot simulacris marmoreis & æneis ornatũ. Forum Ro. Iouis Tarpei delubra: Thermas: Porticus in prouinciæ modũ auctas: Amphiteatrum Tyburtino lapide extructũ: uarijs picturis & statuis ad ornatum tantæ altitudinis. Pantheon: Templũ pacis: Circummaximũ: tot aquæductus: tot Arcus triumphales: tot statuas per Vrbẽ ad ornatum positas obstupuit: ac tandẽ dixit: Naturã uires omnes in unam Vrbẽ effudisse. Eadẽ uerba in noua Vrbe cæteris paribus ut alter Iulianus dicere potest. Si enĩ inspiciamus palatia Pontificum: & ædes sumptuosissimas Cardinalium: adornatasq́ uineas maximis ædificijs:

picturis & statuis exornati. Obmitto pulcherrimas domos: & Vias amplissimas: & templa ipsa instaurata tempore Sixti cum pontibus & tuae beatitudinis: tamen (ut ad inceptum redeam) praedictos triumphantes omnes tua Sanctitas superauit: deuictis potentissimis hostibus fidei Christianae: expulsisq; tyrannis Ciuitates ecclesiae occupantibus.

Primus triumphus tuae sanctitatis fuit de uictoria recuperatae Bononiae: quam Vrbem ingressus more triumphantiū Sanctitas tua triumphali curru inuecta: incedebat cum hymnis & canticis praecedentibus, pcessionibus & magistratibus totius ciuitatis & uicinorꝝ oppidorū. Post quē exornatū triumphū subsequebantur Cardinales Reuerendissimi numero. xx. cū episcopis xliiij. & multis praelatis & curialibus.

Erant & milites ipsi uarijs armis exornati: uestibusq; sericeis auro contexto: circūornati cū insignibus Ruereis Inter quos erat Prȩfectus Vrbis & Senogal. nūc uero dux Vrbini nepos tuae sanctitatis: cū exercitu ecclesiae uarijs armis exornatus. Erat & nobilissimus Marcus Anto. Colūna capitaneus Po. Florētini: cum multis Romanis uiris expertis. Erant & alij milites Floren. Bononienses & Perusini: Pistoriēses uniuerso populo spectāte cū plausu & laeticia clamamātes: Iuli Iuli Pater patriȩ & conseruator libertatis & Po. Bononiensis.

Omitto Templorū ornamenta & arcus triumphales per uniuersam ciuitatē: erectos auro: sertisq; exornatos

cum

cũ epitaphijs de liberatione patriæ a tyrãnica seruitute Omitto pterea laudes & carmina pluribus in locis affixa & recitata. Audiebaẽ undiq; clangor tubarũ & classicũ sonitũ & bellorũ strepitũ referẽtiũ. Erãt præterea nõnulli ministri tuæ sanctitatis; qui publice inter plebẽ ipsam spargebãt aureã pecuniã & argenteã in signũ liberalitatis & magnificẽtiæ: quod ipsi Romani triũphãtes in eorum triumphis nunq; fecisse legiẽ. Mirabile dictu: donec ad Templũ S. Petri uentum fuit: in quo peractis solennibus sacrificijs ad Palatium postea uentum est: ubi & pecunia multa aurea in publica platea militibus sparsa fuit spectaculi gratia. Dataq; benedictione unusquisq; gaudens ad propria remeauit. Die. xi. mensis Nouemb. M. D. VI. quo anno & flores rosarum & poma & tempora estiua fuere e mense Decembrio Et omnes Bononienses dicebant: Vere Iulius est pater coelorum & planetarum.

Secundus Triumphus fuit: recuperatis ecclesiasticis rebus in ingressu magnæ Vrbis Romæ: ut Templa omnia Vrbis aperta uarijs sertis & floribus exornata erant: uiæq; ipsæ Arabicos odores spirabant: in quibus erant erecti continui arcus lignei auro exornati: columnisq; deargentatis suffulti. Erat præterea ipse arcus Domiciani in campo Martio adeo exornatus: ac uarijs statuis & picturis instauratus a bona memoria Georgij car. Vlixbonensis & episcopi Portuensis: ac si nouiter ipse Domicianus iterum triumphasset.

Omitto

Omitto magiſtratus & Officiales ac totã curiam Ro. cũ Proceſſionibus & Clero totius Vrbis: qui omẽs in die Palmarũ occurrerũt obuiam dicentes: Benedictus qui uenit in nomine domini: liberator Vrbis & ampliator Imperij: cõſeruatorq́ libertatis eccleſiæ: donec uẽtum eſt ad Vaticanũ in templo diui Petri Apoſtoli: ut alias deo dante maiora de tua ſanctitate ſcribã: ac Tertium triumphũ duobus prædictis in meliorem formã redactis addam: quod erit maximũ de infidelibus ipſis ac perfidis Maumethanis.

DE MAGNITVDINE Imperij & triumphis.

TRiumphus non idem ualet quod ouatio: teſte Pomponio læto: qui dicit: Domitis multa cæde hoſtibus habebaẽ triumphus: & boues cornibus auratis mactabãtur. Cũ uero hoſtes ſine pugna & ſanguine cũ ducibus noſtris cõueniſſent (quoniã res peracta ſine cæde eſſet) ouatio erat: pedes ingrediebantur Vrbẽ: qui ſic uiciſſet: ſine ferculorũ pompa myrrho coronatus una cũ militibus: tybicines ouantẽ præcedebant: quæ paciferæ choreæ inſtrumenta ſunt. In ſacris mactabantur oues: unde ouationis nomen. In triumpho clangor tubarũ. In ouatione uero cõcentus tybiarum. Ille Martis: hic Veneris erat. Scribit præterea de magnitudine Imperij Romani dicẽs: Ab ortu uſq́ ad Indos propagati Imperij fines: nõ Euphrates: nõ Tygris uetuere: nõ ſuperbæ Regũ Perſarũ minæ: a meridie Aethiopes per Legatos adcerſere. Ab Aquilone

Barbareæ

Barbareæ: feræq; legationes Sarmatarum domitæ: ab occasu Gensoriacus Oceanus admirabilis uictoriæ. Testis est simul & Britannicus. Igitur toto terrarum orbe undiq; Romana arma illustres uictorias adsecuta: sociis lęticiã præbuere: rebellibus metũ: terrorẽq; pugnare cupiẽtibus. Porro Persę armis Ro. cedere cõfessi: intra positos terminos se tenuerũt. Vergilius nãq; maro Imperium sine fine dedi

De ueneratione Principum Ro. beatissime pater scribere non audeo. Dicit enim prædictus Pomponius. Diodicianus uero Ro. Principum uictoriosissimus: diuinos honores Imperatoribus augustis habẽdos præcepit. Nam cum priores ut Consules salutarentur: primus ipse uoluit adorari: uelut in eo esset cœlestis maiestas: fratrem Solis ac Lunæ se nuncupans. Imperatores antea manus exosculandas nobilibus præbebant: postea uero subleuabant ad oris osculum: uulgus genua exosculabatur. Diodicianus edicto sanxit: uti omnes sine geberis discrimine prostrati pedes exoscularẽtur: quibus etiam uenerationem quandam adhibuit: exornans calciamenta auro & gemmis & margaritis: quod fecisse ante. C. Calliculam memorant.

De Triumpho Domiciani perpulchre scripsit Pomponius lib. ij. Quid plura? Augustinus tria uidere uoluisse dicitur. s. Romã triumphantẽ. Paulũ prædicantẽ: & Christũ in carne.

DE LAVDE IPSIVS VRBIS.

DE Vrbe Roma multa dicēda forēt:paucis tamē uerbis expediā. Dicit enī Pli.lib.iij. Nec ignoro ingrati ac segnis animi existimari posse merito:si breuiter atq; in trāscursum in hunc modū dicat. Terra omniū terrarū alumna: eadē & parens numine deū electa:quae coelū ipsum clarius faceret:sparsa congregaret imperia:ritusq; moliret: & tot populorū discordes ferasq; linguas sermonis cōmertio contraheret ad colloquia: & humanitatē homini daret: breuiterq; una cunctarū gentiū in toto orbe patria fieret. Et quid agam tanta nobilitas omniū locorū quos quis attigerit tanta rerum singularum populorūq; claritas tenet Vrbs Roma uel sola in ea:& digna etiā festa ceruice facies:quo tandē narrari debet opere?

Et qualiter Cāpaniae ora per se felixq; illa ac beata amenitas:ut palā sit uno in loco gaudentis opus esse naturę Iam uero tota uitalis ac perennis salubritatis coeli tēperies est tā fertiles campi:tā aprici colles: tam innoxij saltus:tam opaca nemora: tam munifica syluarū genera: tot montiū afflatus:tanta frugum & uitiū olearūq; fertilitas:tanta nobiliū pecorum uellera: tot optima thauris colla:tot lacis:tot amniū: fontiumq; ubertas totam eam perfundens: tot maria: portus: gremiūq; terrarū cōmercio patens undiq;:& tanq; ad iuuandos mortales ipsa auida in mare procurrens: neq; ingenia ritusq; ac uiros & lingua manuq; superatas cōmemoro gētes ipsi de ea iudicauere greci:genus in gloriam suam effusissimū

ſiſsimũ quotam partẽ ex ea Græciã magnã. Scribit præterea lib. vij. gentem in toto orbe præſtantiſsima una omni uirtute haud dubie Romana extitit.
Strabo ait Hos quidem proſperos rerum euẽtus ipſa regiones natura præbet: adeicit ei Romanus populus quicquid ex prouidentia conſultandũ erat.
Nam cũ in condendis ædificijs græci acuti maxime ac ſolertes fuiſſe uideãtur: cum pulchritudinem & munimentũ ingenioſe proſpicerent: portuſq; & agri feracitatẽ: hi ea maxime animaduerterunt: quæ illi paruifecerunt. Hormiſdas a Cõſtantino Imp. quid de Vrbe Ro. ſentiret. Id tantum placere reſpondit: ꝙ didiciſſent ibi quoq; homines mori (ut Philoſophũ decebat) loquutus eſt. Quid dicam beatiſsime pater de ciuibus & Populi Ro. numero? Cenſu Romæ agitato inuenta ſunt ciuium Ro. lxix. centena & . cxliiij. mil. Olympiade. ccvi. Salutis uero Chriſtianæ An. xlviij. Hæc eſt illa Roma quæ genuit Scipiones & Fabios: Metellos & Lucullos: Sullam & Marium: Horatium & Mutium: Fabricium & Dentatũ: Marcellos & Pompeios: atq; ipſum Cæſarem & Auguſtum. Hæc eſt illa præclara Vrbs quæ tot excellentes ingenio uiros edidit: Varronem. ſ. atq; Catonem: Saluſtium: Tulliũ & Hortenſiũ. Omitto Graccum & . M. Antonium: alioſq; multos prudẽtiſsimos uiros. Hæc tandem illa eſt æterna & potẽs aureaq; Roma: quæ perdomito orbe terrarũ genuit ſanctiſsimos pontifices; uidelicet.

Cletum & Clementē Marcellū & Sixtū Gregorios & Leones atq̃ Siluestrū & alios multos: & ad id summi culminis fastigiū peruenit: ut omniū populorū regna omniū gentiū Imperia magnitudine: potētia: uirtute superauerit. Iuuencus hispanus in euangeliorū opusculo heroicis carminibus aureā Romam nominat. Pompo. uero læ. terrarū deā & gentiū Reginam appellat: quā Vrbem Fran. Petrarcha mundi caput & urbiū reginā uocat. Hic Christus profugo Vicario fuit obuius: hic Petrus in crucē actus: hic truncatus est Paulus: hic assatus Laurentius. Hic sepultus uenienti Stephano proto mar. locum fecit. Hic spreuit feruens oleū Ioannes. Hic Agnes post obitū uiuēs suos flere prohibuit. Sed quo pergo? possum ne tibi in hac parua papiro Romā designare? Profecto si possim: non oportet: nosti omnia: nō quia Romanus ciuis: sed quia taliū in primis rerum curiosissimus ab adolescentia fuisti. Qui eñ hodie magis ignari rerum romanorū sunt q̃ romani ciues? Inuitus dico. Nusq̃ minus Roma cognoscit̃ q̃ romæ: qua in re nō ignorantiā solā fleo (q̃q̃ quid ignorātia peius est?) sed uirtutū fugam exiliūq̃ multarū. Quis eñ dubitare potest quin illico surrectura sit: si ceperit se Roma cognoscere? Forliuiensis autē scribit. Propria quædam habet Vrbs Roma adeo prædara excelsa & admiranda: ut nedū alibi in orbe inueniantur: sed nec etiā transferri liceat optari: qui Romā ipsam rerū caput & Dominā non uiderit: temere quicq̃ alicubi admirabit̃.

Quid

Quid plura beatissime pater? Quæ nã: est illa Vrbs in toto terrarũ orbe sub aureo sæculo fundata: nisi Roma in Latio & Ethruria posita? Plin. eñ lib. iij. ait. Saturnia inquit est ubi nunc Roma. Antipolis uero ubi Ianiculũ in parte Romæ. Habet eñ sancta Vrbs limina apostolorũ Petri & Pauli: & terrã sacro martyrũ cruore purpureã: & alia loca deuotissima cum indulgentijs & reliquijs sanctorũ & sanctarũ dei: de quibus in sequenti libro nõnulla dicam: secundoqꝫ finem imponam.

Bartholomeus Cyniscus Francisco Albertino.

Qui cupis euersam iam per tot sæcula Romam
Primæuam in faciem cernere: nostra legas.
His nancꝫ inspicies fora cuncta: Theatra: Cloacas:
Aelogya: Eurypos: Balnea: Templa: Vias:
Quicquid: quale & ubi septem sub regibus: & quid
Induperatorum tempore: & ante fuit.
Hæc melius nemo est qui concinnauerit uncꝫ
Quæ uatum mille uix monumenta canunt.

Bart. prædicti Tetrasticon.

I: liber impauidus domini subiturus amici
Iudicium: hic musas: hic helicona colit.
Non est quod timeas si tu laudaris ab illo.
Spernere tunc ronchos inuidiamqꝫ potes.

DE NOVA VRBE

SIxtus Quartus summus & maximus pō tifex cepit Vrbē instaurare. Primus enī obscuras porticus destruxit: ac uias & plateas Vrbis dilatauit: & lateritio operē strauit: ecclesiasq; multas dirutas a fun-damentis: in pristinam formam redegit. Successores uero ipsum imitari conati sunt. Postremo sanctitas tua & Sixtum ipsum cæterosq; breui temporis spacio su-perauit. Opera enim ipsa dilucide ueritatē rei demon-strant: ut noua Vrbs merito appellari possit. Multū ta-men differt ab illa prima antiquitate. Nam quanta Ro-ma fuit ipsa ruina docet.

Pompo. lætus lib. ij. Ro. histo. scribit: Badulam: qui & Totila: Flagellum dei appellatur. Post euersam Italiam Vrbem ipsam solo adæquasse. Dicit enim: Gotthi du ce Totila Vrbem Romam proditione Isaurici militis xvi. Kal. Ian. Porta celimontana ingressi: imperio poti-ti sunt. Nec eo contenti bona diripiunt. Mœnia bona ex parte solo æquant: domos aliquot igni absumunt. Incolas omnes cuiusq; gradus atq; ordinis Rex po-tissimū Totila ab Vrbe abire præcepit: ducturus alio in loco coloniam. Multitudo omnis in propinquas Vr bes se recepit: sine habitatoribus Vrbis relicta est: man sitq; in ea solitudine amplius. xl. diebus.

Hæc sunt tua monimenta parens Romule. Hæc est illa

æterna Vrbs terrarum dea gentiumq; Roma: cui par est nihil & nihil secundum: quæ undiq; uicto pene orbe aduectos triumphos recepit: cuius Imperium occidentis oceano & trans Tygritanis regnis terminatum tu ne illa Roma ad quam tot sunt sub coelo gẽtes conuenire ius erat? Tu ne illa quæ innumerabiles colonias emisisti? Sed iam ciuili intestinoq; odio eo lapsa es: ut honorificentior habereris: si nomen tuum tantummodo extaret. Scribit prætera incendium in Vrbe surgentibus flammis diebus.xiiij.emicuisse: sed nõ omnia ædificia in cineres iuisse. Verumtamen tres regiones portam.s. Capenam: Piscinam publi. & Auentinum ipsum adeo consumpsisse: ut neq; tunc neq; postea restitui poterit. Scribit præterea. Hoc in loco digredi nõ ineptum putemus: ut scilicet ostendamus episcopum Ro. caput catholicæ fidei semper fuisse. Roma ipsa terrarum dea & gentiũ regina: poscere uidetur dei sedes & imperij generis humani. Sed ubi noua Roma præsentibus Aug. lacertos extulit: absentia principũ nostra Roma paululũ imminuta: utraq; tamen Vrbe principatum sibi uendicante & quæ sequuntur.

De origine Vrbis & nomine: satis ab Iginio & Fabio pictore & Beroso dictũ est: & perpulchre ab Io. An. Viterb. uiro Clarissimo.

Fabius pictor ait. Denominare eñ aut imponere gentibus & locis noua nomina: tñ Regum ducũq; ius est Suscepto igitur Italus Italiæ Imperio: tum filiam suam

Romã nomine: Siculis & ab originibus in Latio praefecit. Quae relicta capena medium palatinum tenuit: & in uertice ubi haeret exquilio Romam oppidulum condit quod Valentiam sonat. Post eius obitum ob plaudes neglectum oppidum fuit usq; ad aduentum Aueandri: qui cum oppido simul restituit nomẽ. Quae quidem Vrbs Sixti & tuae sanctitatis tempore instaurata & in nouam formam redacta est: & quotidie diuersis in locis aedificijs amplissimis exornatur.

DE NONNVLLIS Ecclesijs & Capellis.

De primaria Basilica Lateranensi mentionẽ non faciam. In stationum opusculo satis dictum est ac etiam in Palatio Constantini in Laterano: tamen pater beatissime: iterũ atq; iterũ praedictã Basilicã cũ baptisterio appẽditio pene collabente Sanctitati tuę plurimũ cõmendo anteq; corruat.

Basilica diui Petri Aposto. principis in Vatica. a beato Siluestro Papa eiusdem nominis primo fuit: quae centum marmoreis est substentata columnis: quam quidem nunc tua beatitudo amplificat: excedit enim admirationem & magnificentiam Graeciae in aedificatione Templi Aephesiae Dianae ducentis uiginti annis: factũ a tota Asia. Templi eñ lõgitudo. ccccxxv. pedũ: latitudo v°o. ccxx. Columnę. cxxvij. a singulis regibus factae. lx. pedũ altitudine: ex his. xxxvi. caelatae: teste Plinio lib. xxxvi. Nil mirãdũ est Beatissime pater. Nã templũ cathedralis ecclesiae sanctae Mariae floris nuncupatũ;

ciuitatis

ciuitatis nostræ Florentinæ e sceptis quadratisq; lapidibus constructũ: cũ nõnullis capellis e musiuo adornatis marmoribus diuersorũ colorum totũ incrustatum excedit prædictæ Dianæ Templũ. Latitudo enĩ ipsius est ped. ccciiij. in parte crucis: corporis uero. cxlviij. Lõgitudo totius ecclesiæ ped. cccc. Altitudo uero. cxl. Altitudo autem marmoreæ testudinis in medio positæ ped. ccciiij. Turris uero campanarũ marmorea uarijs statuis exornata ped. cclxxx. Omitto pauimentum marmoreũ inceptum & sepulchra pulcherrima ipsius Templi celeberrimi: quæ omnia deo dãte sanctitas tua uult superare in supradicta basilica: quod præclarũ & admirabile opus iam ad sydera tendit fabricæ: cui sanctitas tua Fatiũ. s. R. E. Car. tit. s. Sabinæ instituit. Obmitto turrim campanarũ: quã tua beatitudo plumbeis laminis exornauit.

Basilica diuæ Mariæ maioris a diuersis põtificibus ampliata: quã fundauit Ioannes patritius romanus tẽpore Liberij PP. quã postea Sixtus. iij. ampliauit: & musiuo exornauit: ut in stationũ opusculo dixi. Alexãder uero vi. laquearia aurea posuit: supra quę hoc anno tua beatitudo tectũ cũ trabeis instaurauit. Omitto organũ & turrim pulcherrimã campanarũ: quam tua beatitudo plumbea tecã & Aurata pila cũ cruce exornauit.

Ecclesia san. Laurentij extra muros: quam nuper Reuerendissimus Oliuerius Carrapha Cardi. Neapolitañ. exornauit: & laquearia aurea uarijs picturis adornata

restituit. De alijs ecclesijs principalibus & antiquis sa tis in opusculo stationum dixi.
Ecclesia s.Crucis in Hieru.in nonnullis locis cum pul cherrima Capella e musiuo:a Reuerendissimo Bernar dino Hispano ti. Car.instaurata est cum imagine prae dicti uiri doctissimi: ac sacrarū cerimoniarū eruditissi:
Ecclesia san. Mariae de populo:a Sixto.iiij. fuit ab ipsis fundamentis cū claustro instaurata: quā hoc anno tua sanctitas (nō degenerās a patruo Sixto) ampliauit: pul cherrimisq; picturis & sepulchris cū nonis capellis & coemiterio Iulio exornauit:ut dicā inferius de Capellis.
Ecclesia san. Mariae de pace a Sixto.iiij.fundata: postea uero ab Oliuerio Carrapha Car.neap.exornata.
Ecclesia sanctae Mariae in dominica: uulgo in Nauicu la antiqua & deuota: quā nuper Reuerendissimus Io annes de Medicis Florentinus primarius. Diaconus Cardi.S.R.E.eiusdem titu.collapsam in pristinam for mam restituit. De praeclarissima familia Medicorum: satis in stationibus dixi: quae quidē in locis pijs omnes alias familias nostri temporis superauit: ut opera ipsa non solum in Italia multis in locis apparēt: sed in ipsis ecclesijs & locis terrae sanctae uisuntur in laudem predi ctae nobilissimae familiae: auctores multi praeclarissimi diuersa opuscula publicarunt.
Ecclesia s.Marie de Loreta Vrbis: & ecclesia s. Rocchi: ex elemosynis pub.fundatę sunt tempore tuę San.
Ecclesia san. Marię de Anima apud ecclesiam Pacis: a

natione

natione Almahorum instauratur & amplificatur.
Ecclesia indiuiduę trinitatis in colle Hortulorum a rege Francorum incepta: & a reuerēdissimo Guliermo ma/douiensi presbytero Cardi. & episcopo pręnest. exor-nata: qui lapides maioris Capellę ex Gallia ad Vrbem, proprijs sumptibus transferre iussit.
Ecclesia s. Saluatoris cū ecclesia s. Lodouici ibidem contigua: fundata est a natione Gallorum.
Ecclesia sanctę Barbare perpulchra: constructa est a natione Anglicorum.
Ecclesia sancti Io. Baptistę cum fraternitate Floren. ab ipsis florentinis constructa.
Est & alia ecclesia sancti Io. bapt. de Misericordia: cum Hospitali: in qua sepeliuntur corpora qui pœnam capitalem merentur: a natione florentinorū fundata apud Velabrum.
Ecclesia s. Petri in mōte aureo siue Ianiculo perpulchra a fundamentis restituta a regina Hispaniorum.
Ecclesia sancti Iacobi in Circo flāmineo a natione Hyspaniorum diuino officio solenniter quotidie ueneratur maxima cum reuerentia.
Ecclesia sancti Stephani in Celio monte: & alia ecclesia sancti Theodoli marty. apud palatium maius: a Nicolao Papa. v. instaurata.
Ecclesia san. Saluatoris de pede montis intrans Tyberim. cum alia ecclesia sancti Ioannis: san. Cosmę & Damiani cū monasterio: & san. Stephani in colūnis ripę:
cum alia

cum alia ecclesia propinqua ad radices Auentini.
Et ecclesia sanctorũ Quirici & Iulictae cũ ecclesia sancti Vitalis mar.& s.Susannae:& Viti & Modesti mar.
Et ecclesia sanctorum martyrum Nerei & Archilei cũ ecclesia sancti Stephani in Vaticano cum nonnullis capellis:quae omnes collapsae a fundamentis Sixtus. iiij. anno Iubilei restituit.
Omitto extra Vrbem ecclesiã s. Pancracij cũ alijs multis:quibus addidit reliquias & indulgentias.
Ecclesia s.xij.Apostolorum cũ porticu & uestibulo instaurata fuit a tua beatitudine: ut apparet in Epitaphio marmoreo cum his litteris.s.
SEDENTE Sixto.iiij.Pontif.max.Iul.Car.s.Petri ad Vinc.nepos hanc basilicã pene collabentẽ restituit.
Ecclesia s.Petri ad Vin. cum habitationibus fratrum:a tua beatitudine maxima impensa instaurata est.
Ecclesia s.Blasij de pannetta apud Iuliani palatiũ a fundamentis incepta est a tua beatitudine: cui quidẽ gratiã concedat dominus perfinitã uidere.
Ecclesia s.Laurentij in Damaso a Damaso.PP.constructa:quã postea collapsam Raphael Riarius Reue. Car. tit.s.Georgij.a fundamentis restituit.
Ecclesia sanctorũ Sergij.& Bacchi instaurata fuit a Reuerendissimo Gabriele Card.Agriensi.
Ecclesia sanctorum Petri & Marcellini a Reueren. Philippo Car.Cenoman.collapsa in pristinam formã restituta est.

 Ecclesia

Ecclesia san. Marci ab ipso Marco. PP. fundata: postea a Paulo. ij. instaurata. Postremo uero a reuerend. Car. de Grimmanis exornata.
Ecclesia s. Augustini cum habitationibus fratrũ cõstructa fuit Anno Christi. M. cccclxxiij. a reuerendissimo Guliermo de Estouteuilla episcopo Hostiensi Car. rothomacensi & S.R.E. Camerario.
Ecclesia s. Anastasiæ deuotissima: quã collabentẽ: partim uero dirutam: reuerendissimus Robertus Vir doctissimus: eiusdẽ ti. presbyteri Car. Nanteñ. in pristinã formã restituit ampliauitq́z.
Sunt & aliæ multæ Ecclesiæ instauratæ: de quibus ne sim prolixius mentionẽ non faciam.
Capella Nicolai. v. & alia secreta Eugenij. iiij. quas frater Io. flor. ordinis præd. perpulchre depinxit in palatio apostolico: sunt a tua beatitudine picturis & marmoribus ac porta pulcherrima exornatæ.
Capella. PP. Sixti. iiij. in palatio apostolico perpulchra in qua sunt picturæ noui & ueteris testamenti cũ pontificibus sanctis: manu & arte mirabili nobiliũ pictorũ concertantiũ: uidelicet Petri de castro plebis: & Alexandri & Dominici & Cosmæ atq́z Philippi floreñ. quã tua beatitudo ferreis catenis muniuit: ac superiorẽ partem testudine: pulcherrimis picturis & auro exornauit opus præclarum Michaelis Archangeli floren. statuariæ artis & picturæ præclarissimi.
Omitto sacratum locum ab Innocẽtio. viij. fundatum:
ampliatũ

ampliatum uero a tua beatitudine:in quo sunt ad honorem dei:& ornatum prædictæ Capellæ paramenta gemmis & auro cum unionibus contexta. Sunt & uasa multa aurea & argentea cum pulcherrimis candelabris deauratis: quæ omnia tua sanctitas donauit. Sũt ibi præterea reliquiæ & cruces & calices & alia ornamenta a Paulo: Sixto & Innocentio atq; Alexandro Pontificibus instituta. Omitto pluuialẽ ditissimũ: quẽ magnus Presbyter Ioannes Indianus dono misit Sixto Pont.maximo.Omitto regnũ trium coronarũ preciosis margaritis a diuersis põtificibus exornatũ.Omitto præterea aliud regnũ ditissimũ:id est Infulã pontificalẽ cum alijs ornamentis & indumẽtis pont.a tua beatitudine. Quid dicã de.xij. Apostolis argenteis deauratis a tua beatitudine largitis? Plura. Prædictos omnes pontifices quas sanctitas superauit.

In ecclesia s.Petri est Capella cum Choro & pulcherrimis columnis porphir. spolia Thermarum Domiani quæ uocatur Sixti capella:in qua est sepulchrum æneum Sixti.iiij.quæ omnia tua sanctitas in minoribus cõstituta benemerenti patruo posuit: ut dicam in Epitaphiorum opusculo.

Est & alia capella parua sed pulchra: in ecclesia sancti Petri ad Vincula cũ ferreis catenis beati Petri Apostoli:quam tua beatitudo æneis intrinsecus & extrinsecus sculptis exornauit tabernaculis.

In ecclesia sanctorũ.xij. Apostolorũ est capella maior

pulcherrime

pulcherrime depicta cum tabernaculo marmoreo. iiij.
Porphireis columnis substentato cũ alio tabernaculo
marmoreo corporis Christi & Apostolorũ Philip. &
Iacobi simulacris: cum sepulchro Raphael. germano:
quae omnia posuit tua beatitudo Anno salutis Christi-
anae. M.cccc.lxxvij. ut apertius dicã in epita.
Omitto marmoreã aquilã inter antiquas ruinas reper-
tã: quã super portã ecclesiae. S. tua collocauit.
In ecclesia s. mariae de populo sunt multae capellę uarijs
picturis & marmoribus exornate: maiorẽ ꝟo capellã
tua beatitudo fundauit: ac uarijs picturis exornauit ma
nu Bernardini Perusini: in qua sunt sepulchra pulcher-
rima: ut dicã inferius de sepulchris. Omitto Coronatio-
nẽ Virginis argenteã cũ Angelis põdo lib. d. quã tua
sanctitas dictae Capellae donauit cũ alijs muneribus.
In Basilica s. Petri in Vatica. est tabernaculum marmo-
reum. iiij. porphireis suffultum columnis: in quo sunt
xij. Apostoli sculpti cum passione martyrij Apostolo
rum Pet. & Pauli: manu Matthaei pullarij Flo. sculpto-
ris praeclarissi. quod quidem opus mirandum Sixtus
iiij. restituit auroq; exornauit.
In Basilica s. Mariae maioris in Capella maiori est pul-
cherrimũ tabernaculum marmoreũ manu Minij Flo-
ren. impẽsa uero Reuerendissimi Guliermi de Estoute-
uilla Camerario.
In ecclesia s. Laurentij in Damaso est tabernaculum &
capella sacratissi. Corporis Christi uarijs marmoribus
& picturis

& picturis: quod opus societas eius cũ domina Theresia Hispana fundauit.

In ecclesia s. Mariae super Mineruam est Capella in honorem Vir. Mariae & beati Thomae de Aquino constructa: ac dotata a reuerendiss. Oliuerio caraphe. Car. Neapo. episc. Hostien. quam Philippus alterius Philippi de Lippis pictor excellentissi. Florẽ. mira arte depinxit: ut opera eius Flor. in templo diuae Mariȩ Nouellae demonstrant.

Est & alia capella de Tornabonijs flor. depicta a Dominico Girlandrio flor. ut opera eius flor. in tẽplo Trinitatis & Mariae nouellae demonstrant.

Est ibi alia Capella Vir. depicta a fratre Io. flor.

Sunt in Vrbe aliae multae capellae ornatissimae: ut est in ecclesia s. Mariae de Ara coeli & de pace: & san. Petri in mõte aureo: & s. Marci & Honorij & aliarũ ecclesiarũ.

DE PALATIIS PONTIFICVM.

PAlatiũ Lateranense a ueteribus ponti. instauratũ est: in quo nõnullae antiquitates ro. apparẽt. Palatiũ apostolicũ s. Petri in Vaticano instauratũ fuit a Nicolao. iij. Vrsino: deinde a Nico. v. & Eugenio. iiij. Postea uero a Paulo pio. ij. & a Sixto. iiij. qui atriũ & Bibliotecas & Capellã extruxit: ac (ut dicam) a fundamentis ipsis totum restituit. Deinde uero ab Innocentio & Alexandro ampliatũ est. Postremo uero quantũ a tua beatitudine ampliatũ & instauratũ sit: res ipsa est in promptu. Plus enim tua. S. hucusq; fecit q̃

omnes

omnes alij prædicti per annos centũ nõ fecere: in quo sunt portæ uarijs marmoribus cũ statuis adornatæ a tua beatitudine. Sunt præterea aulæ & Cameræ adornatæ uarijs picturis ab excellẽtissi. pictoribus cõcertantibus hoc anno instauratæ. Prætereo faciles ascẽsus ad cõmoditatẽ ædiũ palatinarum cottile opus ex laterculis & lapide Tyburtino: ut ad summitatẽ usq; tecti facile possit equitari. Omitto laquearia pulcherrima auro & picturis exornata: in ipsis aulis uarijs marmoribus & porphireticis lapidibus stratis.

Palatium san. Mariæ maioris a Nicolao. v. inchoatum opus sumptuosiss. & imperfectum: quod quidẽ prout erat tua beatitudo exornauit: ac portis ac ualuis & fenestris & alijs necessarijs rebus muniuit: ecclesiamq; ipsam imagine argentea Virginis exornauit: tectumq; super laquearia instaurauit.

Palatium sanctorũ. xij. Apostolorum a Martino quinto Colum. inchoatum: quod quidem postea tua beatitudo a fundamentis sumptuosissimo ædificio restituit: ac statuis uarijsq; picturis & marmoribus exornauit una cũ ecclesia ibidẽ inclusa: quod quidẽ Reueren. F. Sotherinus flor. uult perficere.

Palatium san. Marrci a Paulo. II. inchoatũ: postea uero a Laurẽtio Cibo Car. beneuentano exornatũ. Postremo uero a Reuerendiss. Dom. Grimanno cum ecclesia exornatum est.

Palatium san. Sabinæ in quo Honorius. iij. & alter. iiij.

O Eugenius

Eugenius.ij.pontifices habitarunt:& antiquũ ac deuotum:quod quidẽ reueren.Car. montis regalis instaurauit:postea uero a Fatio Sanctor.Viterb.eiusdẽ tit. Cardi.cum Viridario in nonnullis locis instauratũ: in quo loco erant ædes Sabinæ Ro.

Palatium Conseruatorum & Senatoris Vrbis in mõte Tarpeio ampliatũ est a diuersis pontificibus.s.a Bonifacio.ix.Martino quinto:Sixto quarto:& Innocẽtio viij.multisq; in locis tẽpore tuo. s. pulcherrimis picturis exornatum.In quo sunt monumenta q̃plura Ro.s. statua Herculis ænea cum hac inscriptione.

SIXTO.IIII.PONT.MAX.REGNANTE

Aeneũ Herculis simulacrũ aurea mala secundũ uiuente Tropheũ sinistra gerentis in ruinis Herculis Vict. fori boar.effossum conseruatores in monumentũ gloriæ romanæ heic locandum curarunt.

Est ibi caput Collossi fracti cum hac inscriptione.

Tempore Innocentij Pontificis Max.viij.

Caput ex Collosso Cõmodi Ant.Aug.Alt.tricenũ cubitum inter ruinas templi Pacis in multa frusta reperto conspiciundũ cõseruatores Vrbis Ro.heic iusserit.

Palatium nouum Iulianum cum ecclesia san.Blasij de Pannetta ibidem inclusa: habet turres & loca fortissima pro cõmoditate & utilitate pub. quod quidẽ præclarum opus a fundamentis ipsis tua sanctitas extruxit cum ampla & recta uia noua.

Omitto aliud palatium apud ecclesiam sancti Petri ad

Vincula

Vincula nuper inceptũ a tua beatitudine. Sunt & alia multa aedificia diuersis in locis urbis: a Sixto & tua sanctitate constructa: quae ad utilitatem pub. & ornatum Vrbis pertinẽt: ut alias deo dante copiosius scribam.

DE DOMIBVS CARDINALIVM.

Domus reuerẽdissimi Car. sancti Georgij cũ statuis ac picturis: columnis & multis marmoribus suffulta: cum ecclesia ibidem inclusa est perpulchra: quam Reue. rap. riarius Saonensis S.R.E. Camerarius a fundamentis erexit.

Domus Vrsinorum propinqua cum horologio campi Flo. quam eximius Franciscus Venetus Vicecancellarius fundauit: postea uero a reueren. Petro Rhegino siculo presbytero Cardinali: intus & extra uarijs exornata est statuis atq; picturis.

Domus reue. Francisci Piccolominei Car. Senẽsis: non longe est a prędicta: in qua erãt statuę gratiarũ positae.

Domus cancellariae: quã rhodericus Borgia uicecãcellarius reparauit. Galeottus uero nepos tuae sanctitatis Vicecãcellarius: multis in locis ampliauit ac statuis marmoreis ac pulcherrimis picturis exornauit.

Domus sancti Laurentij in Lucina apud arcũ domiciani: a pluribus cardinalibus ampliata. s. a Ioanne Morinensi: & a Philippo Calandrino summo poenitentiario: postremo uero a Ioanne bapt. cibo: & a Georgio Vlisbonẽsi patria Portugal. cardinalibus: cui quidẽ Fatius car. sanctae Sabinae nõnulla ꝓ cõmoditate addidit

prout eius insignia indicant.

Domus san. Marcelli fuit constructa a reue. Io. Veneto episcopo Purt. Card. ti. s. Angeli.

Domus san. Mariæ in uia lata a Reuerendissi. Gabriele Agriesi Car. ti. s. Sergij & Bacchi fundata fuit. Postremo uero a Reueren. Fatio de sanctorijs Viterbiẽsi Cardi. ti. s. Sabinæ sumptuosiss. ædificijs ampliata cũ atrio & porticu & capellis & Aula pulcherrima depicta.

Omitto Viridaria: in quibus sunt uasa marmorea sculpta cũ sacrificijs & raptu Sabinarum.

Omitto aquarum conseruationem subterraneã & cameras uarijs picturis & statuis exornatis: ut eius insignia palmæ indicant.

Domus Cardinalis Columnensis apud ecclesiam san. xij. Apostolorum: quam Io. ij. Diac. Card. Colum. pluribus in locis instaurauit.

Domus Francisci Portij non longe a prædicta: quam Reueren. Pet. Fuscherus Car. ampliauit.

Domus reuerẽ. Oliuerij carraphæ in Quirinali solatij gratia constructa est ab eodem reue. Oliuerio Cardi. Napo. cum uinea & hortulo & alijs locis multis: picturis & Epita. exornatis cum epigram. multis.

Domus Reueren. Io. Stephani Fert. Pedemõtani Car. Bononieñ. apud equos marmoreos cũ hortulo & pulcherrimis habitationibus: nõ longe a qua est uinea domini Vlixis de Fano cũ domo pulcherrima: in quo loco effossa fuere multa marmora cum statuis: e quibus

unã

unã habet in ædibus suis fractam. Cupidinis uero dor mientis miro artificio sculpta est in Palatio Mantuæ.

Domus cũ uinea & plurimis hortulis apud ecclesiam sanctæ Agathæ reue. Federici Diac. Car. s. Seuerini: in qua sunt Viridaria perpulchra: non longe a qua est ui nea noua reuer. Car. de Medicis flor.

Domus Antonioni Ianuẽsis episcopi Prænest. & Car di. S.R.E. titu. san. Praxedis apud ecclesiam tituli prædi cti: quam quidem reue. Gabriel de sano eiusdem tituli presbyteri Car. ampliauit.

Domus sancti Anto. abba. non longe a prædicta: quã reueren. Fatius ti. san. Sabinæ collabentẽ restituit cũ ec clesia sancti Andreæ penitus destituta: ac pauimentum cũ tecto renouauit: & alia ꝗ̃plura cũ hospitali & hor reis addidit in augmentũ & ornatũ dictæ ecclesiæ.

Domus reue. Ioannis de Medicis floren. Priamij Dia coni Cardin. est apud Alexandrinas & Neronianas Thermas nõ longe ab ecclesia sancti Eustachij: in qua sunt nonnullæ portæ marmoreæ mixtæ cum pulcher rima Biblioteca statuis & picturis exornata.

Domus sancti Augustini a reuerẽdissimo Dominico Cardi. Firmiano ti. s. Crucis fuit constructa: quã postea reueren. Franciscus Cusentinus Car. exornauit.

Domus sancti Apollinaris ædificata fuit a reuer. Gu liermo de estouteuilla Car. Rothomacensi: postea uero ab Hieronymo reuer. episcopo Sabin. & a Leonardo Agen. Cardinalibus exornata.

Domus cum turri de Flisco apud puteum album: quã Vrbanus Lauaniæ comes fundauit. Postremo uero a Nicolao Lauaniæ comite Cardi. de flisco ampliata est: ac uariјs picturis decorata.

Domus reue. Iuliani de Cæserinis Diaconi Cardi. cum speciosa porta exornata: quam Iulianus eiusdẽ domus Diaconus Cardi. patruus fundauit: in qua sunt statuæ Ro. super portam uero uisuntur insignia reuera cũ his carminibus litteris aureis.

Iulius auratas reuirenti in robore glandes
Pollicitus pacem: iuraꝗ; remꝗ; dabit.

Domus reue. Ioãnis Iacobi apud tinctam Tyberis.

Domus Farnesia ab Alexãdro reue. de Farnesio tituli sancti Eustachiј: amplificata est atꝗ; exornata.

Domus san. Mariæ trans Tyberinæ: quam reuer. Marcus Saonen. doctissi. uir eiusdem tituli Cardi. cum horto & aliјs habitationibus instaurauit.

Domus san. Crucis apud plateam iudæorũ sitæ uisuntur cum monumentis priscorum Ro.

Domus reue. Car. Sabelli Ro. nõ longe ab ecclesia sancti Nicolai in carcere: in qua sunt duo sepulchra marmorea cum statuis sculpta: & Herculis erumnæ ibidẽ uisuntur. Sub ædibus prædictis est Theatrum Marcelli Dorico Ionicoꝗ; more pulcherrime constructum prout existunt uestigia.

Domus Laurentiј maniliј in platea Iudæorum uariјs epitaphiјs & picturis Ro. exornata.

Domus

Domus Bufalorum non longe a columna Antonina.
Domus Hieronymi de Picis: apud Ecclesiam sancti Laurētij in Damaso nonnullis picturis exornata: atriū cuius lapidibus Tybur. & marmoribus adornatū est:
Domus de ualle & Saxolis atq; Butij & Mapheis nouae: sunt uarijs picturis & statuis adornatae.
Est & domus episcopi. N. apud turrim Argentinam: cum scala pulcherrima: apud quā Reue. Iulianus. II. de Caesarinis diac. Car. san. Angeli porticum pulcherrimā cum columna preciosa construxit.
Domus Vrsinorū in mōte Iordano & alijs locis positę
Domus Bernardini de monte Falco in Aghonis platea cum puteo pulcherrimo.
Domus Mellinorum est apud ecclesiam sanctae Mariae de Anima.
Domus ciuiū Ro. de sancta Cruce cū pulcher. statuis
Domus Ioannis de monte mirabili episcopi Vasion. apud ecclesiam sancti Aug.
Domus cum uinea apud portam Septi. Augustini de Chigis Senensis.
Domus Hadriani ab ipso Hadriano Car. fundata.
Domus de Finario: quam Carolus card. construxit.
Domus de Sotterinis a Reueren. Francisco florentino Cardinali Vulterano constructa.
Domus pulcherrima sancti Clementis a reueren. Dominico constructa: in qua sunt infrascripta carmina in lapide pario sculpta.

Stet domus

Stet domus hæc donec fluctus formica marinos
Ebibat: & totum testudo perambulet orbem.
Quam postea reue. Franciscus de Rio Cardi. Papien.
exornauit.
Domus in platea sancti Petri a reue. Marco Veneto
constructa.
Sunt & aliæ multæ domus in Vrbe: de quibus breuitatis causa taceo.
Nullam facio mentionẽ de Turribus. Vnaquæq; eñ domus reueren. Cardinalium turres habet.
Est turris subura in Subura: quæ corrupto uocabulo appellatur turris secura pro subura.

DE HOSPITALIBVS.

Hospitale sancti spiritus in Saxia: ædificatũ fuit ab Innocentio. iij. Postea uero a fundamentis cum ecclesia opere sumptuoso instauratũ fuit a Sixto. iiij. Pont. max. in quo Carolam reginã Cypriã recepit: a quá munera multa cũ sanctis reliquijs accepit: ut dixi in stationũ & Epitaphiorum opusculo. Et dicitur in Saxia a uico Saxonũ: qui Saxones tempore Hadriani primi põtificis in dicto loco ob Vrbis & ecclesiæ defensionem recepti fuere.
Est & hospitale digniss. sancti Saluatoris in Laterano.
Est & Hospitale sancti Saluatoris & Mariæ de consolatione apud Capitoliũ ex elemosynis cõstructũ cũ hospitali Ianuensiũ a camera apostolica ampliatũ.
Omitto Hospitale Almanorũ: Anglicorũq; & Gal-

lorum

lorum atq; Hiſpanorum: Florentinorumq; & aliarũ nationũ. Tamen pater beatiſsime: nullum ex prędictis inuenio: ut eſt illud ſanctae Mariae nouae de Florẽtia ab Eugenio quarto cõmendatum: ecclesiam cuius conſecrauit: in quo loco ad minus ſunt. ccc. infirmi: totidẽq; mulieres in hoſpitali coniuncto: cum omnibus medicorum ſubuentionibus.

Omitto hoſpitale praeclarum ſanctae Mariae de miſericordia: a Pio tertio maxime commendatum.

Omitto praeterea Hoſpitale ſancti Saluatoris de cõgregatione presbyterorũ: ac ſan. Io. Bapt. de Bonifacio: & alia: quae quidem omnia ſunt numero. xxxviij.

DE BIBLIOTECIS NOVAE VRBIS.

IN Palatio Apoſtolico in Vaticano eſt illa praeclara Biblioteca a Sixto quarto conſtructa cum eius imagine: ac pulcherrimis picturis exornata cum his Carminibus.

Templa domũ expoſitis: uicos fora moenia pontes
Virgineam Triuij quod repararis aquam.
Priſca licet nautis ſtatuas dare cõmoda portus
Et Vaticanum cingere Sixte iugum.
Plus tamen Vrbs debet: nã quae ſqualore latebat
Cernitur in celebri Biblioteca loco.

Sunt picturae doctorum & alia carmina: ut dicam in opuſculo epitaph.

Eſt & alia Biblioteca apud praedictam quae Graeca dicitur: ab eodem Sixto conſtructa cũ camera cuſtodũ.

Est & tertia Biblioteca pulcherrima: in qua sunt Codices auro & argento sericinisq; tegminibus exornati: a prædicto Sixto constructa: in quo loco Vergilij opera uidi litteris maiusculis conscripta.

Omitto instrumēta geometriæ & astronomiæ: & alia quæ in liberalibus disciplinis pertinent: auro & argento picturis exornata.

Est præterea Biblioteca noua: secreta: perpulchra (ut ita dicam) Pesilis Iulia: quam tua beatitudo construxit: signisq; Planetarum & coelorum exornauit: additis aulis & cameris ornatissi. atq; deambulatorijs auro & picturis ac statuis exornatis: non longe a capella sixtea.

Omitto Bibliotecam san. Petri a diuersis Pont. constructa: & a tua beatitudine exornata.

In ecclesia sanctorū. xij. Apostolorū: & sancti Petri ad Vincula: sunt bibliotecæ a tua beatitudine constructæ atq; picturis exornatæ.

Præterea sunt in Vrbe aliæ multæ bibliotecæ antiquæ: ut apparet in ecclesia san. Mariæ Ara coeli & Mineruæ & sancti Augustini & Sabinæ & aliorum locorum.

Est præterea in ædibus Reueren. Io. de Medicis Flor. primarij diaco. Cardi. biblioteca pulcherrima: codices cuius magnificus Laur. pater eius ex Græcia nonnullos per Angelū Politianum trāslatare: ac multos Flor. transcribere fecit: in qua sunt nōnullæ statuæ marmoreæ cū Satyro pulcherrimo. Sunt ibi præterea opera multorū philosophorum & Poetarū oratorumq;.

Omitto

Omitto opuſcula infinita diuerſorum auctorũ in laudem præſtantiſsimi Coſmę de Medicis: qui Venetijs Bibliotecam pulcherrimã conſtruxit in Eccleſia ſancti Georgij. Vidi præterea nonnulla opuſcula in laudem Petri & Laurentij de Medicis: quæ omnia Guertinus uir doctiſs. mihi oſtẽdit. Sunt pręterea opera multa ſuper Platonem: a Marſilio Ficino flor.
Extant & opera Baptiſtæ Leonis de Albertis Floren. exquiſitiſsimæ doctrinæ: qui libros decem de Architectura compoſuit: quos Bernardus eius frater doctiſsimus uir emendauit: ac Laurentio medici (ut erat uolũtas auctoris mortui) pręſentauit cum alijs Opuſculis: quæ omnia noſter Romulus Aretinus efflagitauit ut imprimerentur: & accepta copia illius architecturę lib. Sigiſmũdo uiro doc. & ſecretario Sanctitatis tuę donauit. In qua bibliotheca pro cõmodo ſuo quiſq; ſtudere poteſt: non obſtante pręſentia Reueren. Card. uiri doctiſsimi Græcarum Latinarũq; litterarũ & muſicæ peritiſsimo. Lilius enĩ Vicentinus ait: Diuoq; Laurentio baſilica ornatiſsima eximio opere: ac magno impendio ad deuotiſsi. Coſmo mediceo conſtructa cum biblioteca: qui & celebrari monaſteriũ beati Mar. Euãgeliſte or. ſ. Dominici a ſolo ædificauit cum pulcherrima Biblioteca Latina & Gręca atq; Hebręa. Aliudq; apud Feſulas Canonicorum Regula: bibliotecis adeo pulcherrimis & librorum copia refertis: ut omnes ſuperarent: quas ſuo tempore habuit Italia.

DE CASTRO Sancti Angeli.

CAstrũ sancti Angeli (ut supra diximus) in mole Hadriana: ab ipso Helio Hadriano Imperatore constructum fuit: molesq; Hadriani dicebatur: postea uero Turris Crescentij. Postremo autem Castrum sancti Angeli: propter apparitionẽ Angeli tempore Gregorij Papæ: ob quam causam est ibi Capella cum picturis miraculi dedicata: ut in stationibus dixi: & a Bonifacio nono cepta muniri: deinde ab Alexãdro sexto: postremo uero a tua beatitudine multis in locis instaurata: in qua mole sunt porticus cũ Viridario & fortissimis turribus: in quo loco Pontifices ipsi tuto se defendunt. Sed conqueror de fortuna beatissime pater: ob gratiam uero lætor. Sum nanq; patre Sancto: matre uero Angelica: nomineq; Francisco a Michaele angelo patruo educatus: sub tutela pro Xanctæ uiduæ natus: florenti patria: inuida fortuna mihi erumnas & inopiam tribuit cũ seruitute uolũtaria: quiuis patientia duce uirtute sit uictrix fortunæ (ut tuæ sæpe accidit sanctitati) quam deprecor ut Seruuliũ albertinũ respiciat: ac semper defendat.

In dicta mole uidi affixa in die coronatiõis carmina infrascripta Aurelij Sereni Munopol.

Orado uocis mundi moderaris habenas:
   Et merito in terris diceris esse deus.
Te nemo superat sancta pietate fideq;:
   Relligione graui: moribus atq; probis.

Tanta

Tanta tibi est animi probitas: q Iulius alter
Inter pontifices nemo repertus adhuc.
Nullus adhuc fuerat tanto iam nomine dignus.
Tu solus Iulij diui secundus ades.

DE BELVIDERE.

Inter palatiū apostolicū & palatiū Innocētij. PP. viij. in loco qui Beluidere dicitur: tua. S. cōstruxit ædificium perpetuum opere sumptuoso: uarijs lapidibus: & æneis marmoreisq; statuis exornatum. Omitto loca pulcherrime depicta: in quibus ciuitates Italiæ celeberrime depictæ uisuntur. Omitto præterea loca amplissima & amena: dorico more cōstructa cū turribus & balneis & aqueductibus.

Sunt ibi nemora ferarum & auium: cum Viridarijs & hortulis: quibus in locis homines solatij causa uagari debachariq; possunt.

Omitto loca sumptuosissima Thermarum more constructa: adeo q equester per latū & altum parietē tripliciter ab uno Palatio ad aliud facile peruenitur: maxima Pontificum Cardinaliumq; cōmoditate: una cum utilitate & pulchritudine. Omitto locum pro condaui designatum a tua Beatitudine: & montes ipsos adæquatos: & ualles adimpletas: & alia multa ibidem maximis sumptibus: breuiq; curriculo temporis cōstructa: quæ quidem omnia aliam Vrbem demonstrant.

Omitto deniq; latum & altum parietem recto tramite designatum a palatinis ædibus ad molē usq; Hadriani

cum amplificatione Leoninę ciuitatis: & alia q̃multa ibidem designata a tua sanctitate.

DE PORTICIBVS.

IN Vaticano est porticus s. Petri duplex. In pariete unius est nauis fluctuans cũ Apostolis e musiuo depicta ab Iocto flo. pictore excellentissi. simul cũ architectura: ut apparet in praeclara turri marmorea ecclesiae florẽtinę. Opera cuius per Italiã multis in locis extant. Fuitq; a Benedicto. xi. Pont. max. in Auinionem ad pingendum martyrum historias accitus ingenti precio: morte interueniente opus omisit. In sepulchro marmoreo cuius sunt car.

Ille ego sum per quem pictura extincta reuixit.

Vt aperte dicam in epitaph. opusculo.

In prędicta porticu s. Pet. uisuntur carmina incisa.

Quem liquidos pelagi gradientẽ sternere fluctus.
Imperitas fidumq; regis trepidumq; labantem
Erigis: & celebrem reddis uirtutibus almum.
Hoc iubeas rogitante deus contingere portum.

Apud gradus marmoreos platee san. Petri: est porticus pulcherrima a Pio. II. fundata. Vulgo Benedictio Põtificis dicitur: postea uero ab Alexan. postremo autem a tua beatitudine ampliata: opus quidem necessari ũm: oportet eñ ceptum principiũ cũ plateae latitudine adimplere: quod quidẽ esset opus praeclarum.

Est porticus claustralis palatina a Sixto fundata.

Est porticus s. xij. Apostolorũ a tua beati. fundata.

Est porticus

Est porticus san. Petri ad Vincula a tua. S. constructa: in qua depicta fuere Carmina infrascripta litteris aureis apud insignia Ruerea.

Astra palatinis quæ tangit ab ædibus hospes.
  Hac primũ nata est Iulia quercus humo.

Sũt in Vrbe & aliç porticus diuersis in locis cõstructç

DE VIIS ET PLATEIS.

Via Pontificum notissima: per quam Ponti. ad Laterañ. incedit: a Sixto. iiij. ampliata: deinde ab Innocentio. viij. Postremo a tua beatitudine multis in locis ampliata.

Via Iulia noua a ponte Iulio ad Sixti usq; põtẽ: quã tua beatitudo inchoauit ad utilitatẽ totius Vrbis.

Via Alexandrina in ciuitate Leonina: ab Alexãdro. vi. inchoata: tuç uero beatitudinis tempore perfecte cum alia uia propinqua: nõ longe a porta uiridaria: quã tua Sanctitas hoc anno ordinauit.

Apud pontẽ s. Angeli est uia Sixtina cum hijs carminibus in lapide marmoreo incisis.

SIXTI. IIII. Pont. Max. Iussu.

OPT. AC PIIS

Quã bene Xystina hæc quç propter fluminis undas
  Auctoris meruit nomen habere sui.
Hçc Mariç quo templa dedit uia tramite recto
  Fecit ut a Petri sedibus esset iter.
Xyste tuum munus iam nunc Xystina uocati
  Roma potes: minus est condere q̃ colere.

Via sancti

Via sancti Celsi a Sixto instaurata: & a tua beatitudine ampliata.
Via iudæorum cũ aliјs duabus propinquis a tua sanctitate ampliata.
Via s. Luciæ in ponticis obscuris cũ alia ibidẽ propinqua: hoc anno ampliata fuit a tua beatitudine.
Omitto uias multas in campo Martio & apud ecclesiam Apostolorum & Mariæ super Mineruã atq; Nicolai: & trãstyberinæ regionis: quas quidem sanctitas tua dilatauit: ac lateritio opere strauit.

Sed miror cum tui præcessores beatissime pater minime aliquid pro cõmoditate uiatorum ac etiam curialiũ uiarum: ausi fuerint prosternere uel ampliare. Bonum esset ut tua. S. cum tot & tanta in Vrbe fecerit in itinere ab Vrbe ad Bacchanum usq; pro utilitate cõmuni: ut perpetua sit tuæ sanctitatis memoria: iter sit tutum: pro strata uia nemore in parte deleto curare.

Platea san. Petri a Sixto & Pio & tua beatitudine ampliata est cum Platea sancti Celsi: a Mariæ rotundæ & Iudæorum & Agonis.
Platea s. Eustachij & Martij campi & piscinæ & Laurentij in Damaso atq; Marcelli: & s. xij. Apostolorũ: a pluribus pontificibus institutæ: ac tẽpore tuæ. S. lateribus stratæ fuere: editis Cloacis. In platea Iudæorũ uidi lapidem marmoreũ cum his litteris sculptis.

IVLII. II. Pont. Opt. Max.
AVSPICIIS.

Iacobus

Iacobus Albertinus & Hieronymus picus Aediles: Angustia uiæ ad Forum iudi. offensi: coactis regredi domib. amplian. coerauer. idemq; probauerunt Anno Christi. M.cccccviij.

Omitto plateas transtyberinas & aliorum locorū Vrbis: quas omnes tua. S. exornauit amplificauitq;.

DE SEPVLCHRIS MEMORANDIS.

IN Basilica Lateranensi est sepulchrum æneum uarijs marmoribus exornatū Martini Papæ. v. Columnensis non longe: a quo est lapis marmoreus cum inscriptione. R. Alberti de Albertis flor. Car. titu. sanctæ Crucis: Anno Christi. M.ccccv. cum alio sepulchro porphiretico miro artificio sculptum.

In ecclesia beati Petri in Vaticano: in medio Capellæ Sixti est perpulchrum æneum sepulchrum uarijs statuis exornatum: quod quidē tua beatitudo patruo Sixto summo Pont. B.M. Pos. An. Christi. M.ccccxciij.

Non longe a quo est aliud æneum sepulchrum: quod quidem Lauren. Cibo Car. posuit patruo Innocentio Papæ. viij. B.M.

Omitto sepulchra duo Pij secūdi & tertij Seneñ. marmorea manu flor. statuis & picturis exornata.

In Ecclesia Diuæ Mariæ maioris: est sepulchrum Io. Patthij Fundat. ecclesiæ in labro porphiretico cū alijs sepulchris memorandis.

In ecclesia san. Mariæ de populo: sunt multa sepulchra Cardinalium: uarijs picturis & statuis exornata.

In maiori uero Capella sunt duo sepulchra marmorea pulcherrima: quae tua sanctitas Ascanio Mariae Vicecancellario & Hieronymo Saonensi Card. ben. Mer. pos. manu Andreae sansuini flor. excel. statuarij.
In Ecclesia san. Mariae Nouae est sepulchrum marmoreum ad sinistram maioris Capellae unionibus exornatum: in quo requiescit corpus Reueren. ac sapientissimi Alemāni de admirarijs florentini Cardi. titu. s. Eusebij.
Omitto sepulchra ecclesiarum multarum: ut est in Ara coeli & sanctae Mariae super Mineruam: & Augustini & sancti Pauli & Agnetis uir. extra Vrbem.
Tamen beatissime Pater: in ciuitate Floren. uidi sepulchra multa aenea & marmorea miro artificio sculpta: de quibus mentionem faciam: ut sanctitati tuae aliquantulum delectationis dem: ut est in ecclesia diui Laurentij sepulchrum magnifici Cosmae de Medicis: marmoribus & lapidibus porphireticis exornatum cū aeneis craticulis & hac inscriptione. s.
DECRETO Publico Pater Patriae.
Non longe a quo est aliud praeclarissimū sepulchrum aeneum uarijs marmoribus porphireticis exornatum: quod quidem Lauren. & Iul. de Medicis posuerūt patri patruoq;. Omitto alia sepulchra medicea ibidē posita: uarijs marmoribus & picturis exornata.
In ecclesia s. Io. bap. est sepulchrū aeneū Io. cossiae quondam PP. uarijs picturis & marmoribus exornatum.
In Ecclesia sanctae Crucis: sunt multa sepulchra marmorea

morea:ut dicam in opusculo Epitaphi. Omitto sepulchra Abbatiæ & sanctæ Mariæ nouellæ & Trinitatis:cum lapidibus marmoreis ac porphireticis uarijsq; picturis exornata. Omitto præterea nonnulla sepulchra e lapide indice constructa (uulgo Paragone) maximæ existimationis & precij auro exornata.

In ecclesia s. Mariæ de Carmino: est sepulchrum marmoreum statuis & picturis exornatum:quod quidem Reue. Franc. Car. Vulter. & magnificus Pe. de Sotherinis eius frater:primus & perpetuus Dux & Confalonarius. S.P.Q.F. Viri doctissi. atq; ditissi. Thomæ equiti deaurato patri.B.M.posuerunt.

Omitto sepulchrum excel.maximæ existimationis: ad honorem sancti Io.gualberti in ecclesia indiuiduæ Trinitatis constructum.

Omitto sepulchra multa extra Vrbem:ut est in Ecclesia s. Miniatis sepulchrum marmoreũ Reue. Iaco. Car. tit. san. Eustachij:ut dicam in Epitha.

Est & aliud sepulchrum marmoribus & porphireticis lapidibus exornatũ in ecclesia Mõtis olíueti:a Gugliermo de Capponibus floren. episcopo corton. cũ Capella & alijs ædificijs constructum.

DE VALVIS ET COLVMNIS æneis.

IN Basilica lateranensi stant quatuor ingentes columnæ æneæ:quæ tempore Titi (ut circũfertur) & Vespasiani ad Vrbẽ translatæ fuere. Aliqui autẽ credunt eas fuisse columnas quas Virgilius in. iij.

Georgi.libro memorat.
Fulgentes ære columnas sub Aug.Principe.
Erant & aliæ columnæ multæ in Vrbe.
In Baptisterio & Sancta sanctorum sunt portæ æneæ: ut in statiōibus dixi.Omitto portas æreas sancti Adriani & Mariæ Rotundæ:& oratorij san.Petri in Vaticano & aliorum locorum: ut in Capella san.Petri ad Vincula:cum inscriptione Sixti & Iulij.
In Basilica san.Petri est præclara porta ænea:quam Eugenius quartus fabricare fecit a præclarissimo Anto.flor.ærario sculptore.Tamen pater beatissi. portæ baptisterij diui Io.bapt. in ciuitate flor. positæ multum a prædictis differunt:in quibus inenarrabili sculpti æris opere noui ac ueteris testamēti historiæ apparēt. Vtrumq; sculptor fuit Laur. cionus flor.statuariæ quidē mirabilis artifex:quod opus non minore tamen spacio q̄ꝫ quinquaginta annorum tempore absoluit.
Omitto portas æneas cum duobus suggestis & alijs rebus in ecclesia Diui Laurentij manu Donati floren. qui & æneum sepulchrum Io.PP.in bapt.fabricauit.
In Cathedrali est porta ænea manu lucæ de Rubea sculptoris præclarissimi.
Omitto statuas pulcherrimas publi.in locis positas: ut apparet in Cathedrali & turri Campanarū & palatio priorum libertatis & s.Michae.& in ædibus mediceis ac patianis ab ipsis flor.fabrefactæ.

DE OFFICINA CVDENDAE Pecuniæ.

Non longe

NOn longe ab ecclesia san. Celsi tua sanctitas officinã cudendæ pecuniæ construxit: in quo loco Aurum & Argentum deargentatũq; Aes florentinorum more perducere facit. Fiunt enim argẽti nummi Iulij appellati: cum Apostolorũ ac Rueręæ familiæ insignibus: cuduntur q; medij Iulij ac diuersarum pecuniarum genera imprimũtur: quæ nunq̃ huiusmodi Romæ nec in terris ecclesiæ uisa sunt.

Omitto aureos nummos uarijs characteribus impressos: cum æneis trientibus deargentatis: quæ omnia ad Vrbem ipsam Florentini transtulerũt mutatis insignibus. Aureus nummus Florentiæ extensus fuit Anno Christi. M.cccc.xxiiij. quia lucri gratia quædam aliæ ciuitates extendentes figurabant: in quibus nummis ab uno latere Christus cũ Io. bapt. baptiçan. ab alio uero lilium: in æneis uero deargentatis Ioan. bap. solus: ab altera parte lilium prædictum.

Omitto alias officinas & ponticas multas diuersarũ rerum a tua bea. cõstructas ad utilitatẽ & ornatũ Vrbis.

DE FONTIBVS ET PONTIBVS.

IN Vrbe plures sunt pontes: ut supra enarraui Inter pontem Sixti Aelij Hadriani erat pons triumphalis: quem nunc tua beatitudo uult instaurare: & iam Iulius pons a populo Ro. appellatur: fundamenta cuius extant diruta non longe ab ecclesia sancti Spiritus. De alijs pontibus nullã facio mentionem: q̃uis a tua beatitudine multis in locis instaurati sint.

Pons sancti Bartho. a Benedicto instaurato: ut apparet in lapide marmoreo.

BENEDICTVS Almæ Vrbis summus Senator: restaurauit hunc pontem fere dirutum.

Pons S. Mariæ a Martino. v. columnensi instauratus.

In platea diui Petri in Vat. est fons uariis marmoribus ab Innocentio & Alex. & a tua beati. instauratus.

Est & fons in loco qui Beluidere dicitur: cum puteo & aquæductibus subterraneis miro artificio constructus milliario. ii. ad Vrbem perductis a tua. S.

Est & Fons aquæ Virginis in triuio Fonte in campo Martio a Nicolao quinto & Sixto quarto restitutus: in quo loco. D. Bartholomeus de doxis aduocatus cõsistorialis perpulchras ædes fundauit cum Viridario & fonte marmoribus exornato: ubi dicta Sapientum sculpta sunt. In parte uero anteriori ædium legitur inscriptio cum his litteris.

VIRGINEM Aquam Ad. viii. ab Vrbe lapidem uia prænestina collectam. M. I. F. C. Sentio. Sp. Lucretio Cos. adduxit.

Prædictam aquam hoc anno nõ sine maximo dispendio: tua. S. instauratis aquæductibus restituit.

Est & fons marmoreus apud ecclesiam sanctæ Mariæ transtyberinæ: quẽ Lupes Cardi. fundauit: ut carmina sculpta denotant. Et cum desiccatus fuerit Reuerendiss. Marcus Vigerius Saonensis uir doctiss. eiusdem titu. Car. in pristinam formam restituit.

Sunt

Sunt & alij fontes in Vrbe in campo Martio diuersis in locis: ut est in domo Io. piccinini & in uinea eiusdē.

DE CLOACIS ET PVRgatione Auienis.

MVltis in locis Vrbis sunt Cloacæ: a diuersis pontificibus constructæ: ut eorū insignia demonstrant. Nouissime uero pluribus in locis nonnullas instaurauit ac nouas construxit tua beatitudo. Quæ quidem alueum Tyberis & Auienē ipsum purgare fecit ut nauigalibus fieret. Opus quidem præclarū & utile Vrbi Romæ. Tyburtinæq; ciuitati: quæ quidem omnia miro artificio & ingenio a tua sanctitate adinuenta sunt: ut naues ipsæ facillime in Tyberim ipsum perducātur onustæ: maxima cōmoditate simul cum utilitate totius Vrbis.

De Tybride flumine regali nullam facio mentionem: qui sæpe Vrbē ipsam inundauit: ut fuit tempore Alexandri: ut apparet in lapidibus marmoreis apud ecclesiam Mineruæ & Mariæ transpōtinæ & sancti Eustachij in radicibus apēnini oritur. Ab alia uero prædicti montis parte nascitur Arnus fluuius Regalis.

DE AEDIFICIIS A IVLIO SECVNdo diuersis in locis constructis.

IN Vrbe ipsa magnū & admirabile opus basilicæ s. Petri in Vat. Sāctitas tua incepit anno Christi. M.d.vij. die. xv. mensis Aprilis: in fundamentis cuius tua beatitudo primū lapidē marmoreū cum aureis nūmis solenniter posuit manu propria: præsentibus

tibus.xxxv.Cardinalibus & tota curia & po.Ro. cum hymnis & canticis post missam de spiritusancto a. R. Francisco Sotherino Flo.Car. Vulterano ibidem solenni pompa celebratam: in quo lapide erant incisæ infrascriptæ litteræ a Dominico Antonio de Chiarellis.
IVLIVS.II.PONT.MAX.AEDEM DIVO Petro dicatam uetustate collabentem in digniorē ampliorem'q formam ut erigat: fundamenta iecit Anno Christi.M.D.VII.
Omitto cerimonias multas: quas eodē die ibidem fieri uidi a Pontifice & Card.& prelatis.
Quid dicā de ecclesia s. Marie de populo: & sanctorū xij. Apostolorū & s.Petri ad Vincula & s.Blasij & sancte Agnetis extra Vrbem: ac s.Marie de Cripta ferrata: quas collabentes.S.tua restituit cum edibus fratrū.
Omitto palatium sancti Petri tot in locis instauratum: & Gymnasium publicū apud ecclesiā s.Iacobi apostoli: ac palatium nouum Iulianum: & aliud palatiū s. Petri ad Vincula hoc anno inceptum.
Quid praeterea dicam de sumptuoso Palatio san.xij. Apostolorum cum Viridario pulcherrimo: quod quidem opus Reueren.Frāciscus sotherinus flor.uult perficere: & iam incepit.
Omitto predarum opus cum aqueductibus in loco qui Beluidere dicitur: ac multa alia edificia extra Vrbē constructa: ut apparet in ciuitatibus Hostie: Tyberine ac Portueñ: & ciuitatis Veteris & Viterb. & aliarū
ciuitatum

ciuitatum Ecclesiæ in quibus palatia Pontificum Sanctitas tua constrnxit. Omitto arcem ipsam Surrianam & aliorum locorum ædificia.
Quid dicam de ecclesia s. Mariæ de loreta instaurata? Omitto palatiū magnū in ciuitate ꝓpria Sao. cōstruc. Quid dicam de arce inexpugnabili Bononiensis ciuitatis a tua beatitudine fundata? Omitto palatiū episcopale s. Petri constructum: & palatium pontificis instauratum cum capella Pontificis a tua sanctitate.
Omitto statuam æneam cubitorum. xx. quam Boñ. populus tuæ sanctitati posuit manu Michae. archāgeli flor. Quid plura? In Galliam usq; ædificia pluribus in locis construxit sanctitas tua: ut apparet in Auinionensi ciuitate: quotidieq; nouas incipit fabricas.
Beatissime Pontifex Iuli: gratias agamus domino Deo nostro: qui fecit uictoriam: & dedit potestatem humilibus: deposuitq; superbos ac potētes VENETOS de sede ciuitatum ecclesię & aliorum principū tempore tuæ sanctitatis: quę quidem nunq̃ tempore aliorū Pontificum ea pace & tranquillitate qua nunc uiuunt extitere: in quibus Templa ad honorem dei: & Palatia ad utilitatem Pontificū: & ornamentū ciuitatis ædificanda fore in ipsis uisitationibus a tua beati. creditur.

DE LAVDIBVS Ciuitatū Florentiæ & Saonēsis.

DE ipsa Italia sanctissime Pater nullā facio mentionem. Ait eñ Plinius: Hęc est illa Italia dijs sacra: quę L. Aemilio. P. C. Statilio Regulo con-

ſulibus nunciato Gallico tumultu:ſola ſine externis ullis auxilijs:atq; etiam ſine Traſpadinis: equitum octoginta millia armauit: & quae ſequuntur. Eſt enim Italia prouincia Europae: & omniũ totius orbis celeberrima:numine diuino electa:quae (ut orbem ipſum clariorem faceret) ſparſa congregauit Imperia: in qua eſt aethruria:cuius caput eſt Florentia pulchra: de qua (ut in procemio dixi) nonnulla ſcribam.

Florentia initium habuiſſe uidetur ante domini noſtri Ieſu Chriſti aduentum annis octogintatribus Romanorum Colonia. Zacharias eñ Lilius Vicentinus in libro de ſitu orbis dicit. Florentia Vrbs indyta & nobiliſsima:totius aethruriae nunc primaria:quae ante Chriſti aduentum nonageſimo anno a Syllanis militibus condita fuit. Hanc Vrbem omnium Italiae pulcherrimam Arnus regalis fluuius placidus interfluit undis: quae atrijs & pontibus nobiliſsimis Templiſq; deo dicatis:ac magnificis ciuium aedibus decoratur. Eam Totilus Gothorum Rex per fraudem cepit ac diruit: quã poſtea Carolus magnus Imperator:cum ex Vrbe Roma tempore Leonis in Galliam rediret: moenibus ac portis inſtauratam maiorem ambitũ circũdedit: ac nobiles Florentinos per uicina oppida diffuſos: in Vrbẽ ipſam reduxit cum feſulanis:eamq; digniſsi. priuilegijs donatam liberã eſſe uoluit: legeſq; ac magiſtratus conceſsit. In qua multi Pontifices pater beatiſsime Concilium & Synodum fecere; ut fuit tempore Felicis Papae

ſecundi Anno Chriſti.M.lv.Poſtea uero a Paſcale ſecundo celebrata fuit Synodus Anno Chriſti. M.cv.in qua fuerunt.ccc.xl.epiſcopi.Congregati fuerunt praeterea multi Pontifices qui Flor.habitarunt:ut fuit tempore Martini. v.Columnenſis Ro. & Eugenij Veneti PP.iiij. qui per biennium Florentiae cū Cardinalibus & tota curia cōmoratus eſt:& Concilium ibidem celebrauit. In quo Graeci eorum Imperatore praeſente:de proceſsione Spiritusſancti:idem quod Ro. tenet eccleſia conſenſerunt: maximamqꝫ cathedralem eccleſiam: cuius teſtudo in terris ſingularijs Philippi brunelleſchi floren.architecto curante:nullis ſubſtentaculis abſolutam:praedictus Pontifex ſolenni pompa dedicauit Anno Chriſti.M.cccc.xxxvi.die ꝟo.xxv.Martij:atqꝫ plenariam indulgentiã conceſsit. In qua Baſilica iacet corpus Stephani Papae.ix.qui obijt Florentiae Anno domini.M.lvij. Ciuitas praedicta obſeſſa fuit ab Henrico Imp.Anno Chriſti. M.lxxx.tamē in Pontificis parte perſeuerauit.Henricus florētinos iterū obſidet Vrbani ij.tempore:quia Pontificis partes ſequebantur. De laudibus & pulcherrimis templis & ſumptuoſiſs.:aedificijs praedictae ciuitatis:alias deo dante nōnulla ſcribam Habet eñ eccleſias parochiales numero.xliiij.computatis.xij.Priorijs:e quibus nonnullae collegiatae.

Habet praeterea Cenobia uirorum ac mulierum ſanctimonialiū.lxxvi.Hoſpitalia.xxxviij.Fraternitates Puerorum.ix:Virorū uero ſine numero:abſqꝫ Capellis &

 oratorijs

oratorijs multis. Omitto præterea ecclesias multas & Palatia infinita apud ipsa mœnia Ciuitatis undiqꝫ constructa. Quæ quidem ædificia aliam Vrbem demonstrant. Nunc uero de nonnullis uiris excellen. predictæ ciuitatis mentionem faciam.

De uiris sanctiss. habuit Zenobium episcopum ac ciuem Floren. qui sepius in Ambrosiana: nunc uero san. Lauren. ecclesia dicta: missam cum beato Ambrosio celebrauit: ac ut alter Martinus: uiuẽs tres mortuos floren. suscitauit. Quid dicam de alijs Episcopis. s. Andrea & Podio atqꝫ Antonio: per merita quorũ Deus ostendit signa multa in populo: Eugenium & Crescentium Confessores omitto: qui crebris miraculis coruscant. Quid dicam de Io. Gualber. Abbate: qui primus ordinem Vallis umbrosæ instituit. Brachium cuius demones fugat: ac lunaticos & ab immundis spiritibus oppressos per impositionem ipsius brachij liberat: Omitto preterea multos Viros sanctos ordinis Minorũ & Predicatorum: Seruorumqꝫ: & s. Benedicti & Augustini. De Monialibus & sanctissi. Viduis ac nobilibus Matronis (ne sim prolixior) finem imponam: nomina quorum scripta sunt in cœlis: ac uenerantur in terris.

De Viris excellentibus in Theologia & Philosophia Antonium habuit & Honofrium archiepiscopos Floren. Robertum de Bardis & Marsiliũ ficinum: qui nouus Plato a Politiano & landino appellatus est. Habuit preterea Leonardũ brunum historicũ: & L. Datum

Aloysium

Aloysium Marsilij Barth.lapacinũ. Pallã strogium: & Angelum aciaolũ: utriq; em̃ aurati equites: cũ Donato eiusdem familiæ Philosophi celeberrimi erant. In iure uero ciuili Accursiũ cum Francisco filio Dinũ muscella num Laurentiũ de Rodulfis. Io. Andreã Flor. natione: Bononiẽsem uero adoptione. In Poesia uero Dantem Aldigherium & Io. Boccacium & Franciscum Petrar cham: q̃quis nõnulli Aretinũ uelint. Franciscũ barbari-num omitto & Claudianũ (teste Zacharia Vicẽtino) Modernos uero habuit Aloysiũ pulciũ & Naldũ nal-di: a quo nõnulla de componendis carminibus didici: primitiasq; fructuũ eidẽ præsentaui: & alia carmina ad Nicolaum baldellã Cortonensem condiscipulũ misi: ut dicam in opusculo Pontificũ & sapientũ sententiarum Omitto Dominicum floc. & alios multos. In oratoria uero Baptistã leonẽ de albertis: Poggiũ blandolinũ: & Lapũ litteris grecis & latinis eruditisi. Guidonẽ de ca-ualcantibus: Gabrie. Landinũ. Nicolaũ de salutatis in epistolis: & Nicolaũ de nicolis. Omitto Modernos. s. Christophorum laudinũ: & Mattheũ palmeriũ: & am bos Rinuccinos ac Beniuenios: & Lippos uiros doctis simos: seipsum Marcellum: & alios multos.

In Geometria Paulum Geometra & Petrum mariaç. Omitto Fatium de Vbertis: de quo Io. Annius ait. Fa-tius de Vbertio flo. optimus atq; eruditisi. Cosmo-graphus: qui in sua geographia antiquitatẽ Viterbem exploratisi. habens. Ait em̃ tribus nominibus dictam

Thuſcam Veiuçam & Viterbum: de qua ciuitate beatiſsime Pater nonnulla ſcripſi in opuſculo de ſignificatione & expoſitione arboris Palmæ dedicato. D. Dominico Frãciſci Viterb. Secretario. R. Cardi. ſancte Sabinę. Quę ciuitas Viterb. habuit habetq; uiros multos excellen. Card. & epiſcopos. Omitto ipſum Egidiũ Generalẽ ord. ſ. Auguſtini: uirũ doctiſs. & prędicatorem excellen. Scribit pręterea prędictus Annius. Fatius floren. hiſtoricus ſimul & pręclarus Coſmographus: illuſtrior Blondo fuit: ut qui ingenio Thuſco excelluerit: & explorata loca melius & certius tenuerit.

In Aſtronomia Bonactum: ſed exula patria Forliuienſem appellari uoluit. Omitto Laurentium Cornium:

In Medicina uero Phyſicos multos habuit excellentes ut fuit Dinus de Garbo: & alter Dinus de Gualdo: & Thadeus Turſianuſq; eius auditor. Omitto Thomã: Nicolaum Falcutium & Ianottum manet: quos quidẽ excellentiſsimos uiros uiuere dico: nam cũ uirtute ipſa & gloria diem ultimam clauſerunt.

In arte uero Militari multi fuere peritiſsimi apud diuerſos Imperatores ac reges & duces: ut dominus Philippus ſcholarius eques floren. apud Sigiſmundũ Impe. honore & auctoritate primus habetur. Hic copiarum dux factus. xx. amplius pręlijs uarijs temporibus Sarmatas & Turcos in Chriſtianos irruentes ſuperauit Anno Chriſti. M. cccc. xvi.

In expeditiõe ṽo turcorũ Bonaguiſius de bonaguiſijs

cuius flor. pręfectus gentis Italorũ cũ multis flor. uiris expertis in arte militari primus fuit in obsidiõe magnæ Damiatę ciuitatis: qui cũ suis Vrbem ipsam primus introiuit: ac insignia Christianorum supra mœnia erexit.
Quid dicam de Ioanne Strotio Capitaneo Marchionis Mantuæ: qui gloriosus ad portas usq; ciuitatis Mediolanę bis cuncta uastauit?
Quid preterea de Petro Caroli strotio ac Petro de Caponibus? Omitto Io. de Medicis & alios multos: qui ut ueri antiqui Roma. multis & diuersis prælijs hostes superarunt: uictriciaq; insignia cum spolijs inimicorũ ad patriam triumphantes redierunt.
In regimine uero & consilio habuit infinitos: ut fuit. D. Nicolaus acciolus uir strenuus ac doctissi. in rebus gerendis sapientissi. qui in regno Neapoli. nomine Ioãne Reginę gubernator extitit Anno .M.D.ccdxvi. Moriturq; Neapo. Anno ætatis suę. lvi. quo mortuo nõnulli tumultus in ipso regno oriri ceperunt.
Omitto pręterea multos uiros ex familia medicea: strotia: bardea atq; albiçea.
Quid dicam de uiris excellentibus in pictura: ut fuit lo ctus ac Thomas masacius: Stephanus symia: Thadeus ghaddus: Philippus carmelita. Io. ordi. prædicatorum Andreas & Paulus ocellius & Piscellus? Omitto Modernos. s. Leonardum uinciũ: Dominicum Girlandrium: a quo nõnulla a teneris annis didici. Alex. botticellum: Philippum brandolinum & Laurentium crediũ.

In sculptura vero Donatũ & Desyderiũ ac Lucã de Rubea: qui terreas statuas cũ uiro mixtas: ut optimus inuẽtor primus fuit. Laurentiũ de Cionis: Andreã Varrochium & Antonium rossellum: Philippũ Bru. & Minium. Omitto Antoniũ & Mattheum pullar. & Michaelẽ archangelum: qui & pictura excellentissimus. Omitto præterea Andream sansuinum & Antonium de ponte Seuio. Omitto Impressores & Miniatores & Scriptores infinitos & Moniales ipsas: quæ quidẽ diuersa uolumina Pontificibus ac Regibus scripsere: ac picturis & auro exornarunt. In Architectura uero habuit prædicta ciuitas Philippũ brunellescũ. Bernardum rossum: Franciscum ciecam: Laurentium de Medicis: qui & Musica & oratoria præclarus fuit cum arte militari: ab omnibusq; appellabatur amator omniũ uirtutũ & pater uirorũ excellẽtissi. tẽpore cuius felicissimo erãt omnia pacata: ad quẽ Reges non solũ & Principes Christiani aratores & munera mittebant: sed magnus Turcus ac ipse Babyloniæ Saladinus oratores & munera balsami & auri: sericinasq; uestes & animalia in his partibus nunq; uisa: cũ tẽtorijs carbasinis & sericeis uarijs coloribus & auro exoȓnati: bis ad Laurẽtiũ prędictũ miserũt: quæ oĩa ꝓprijs oculis flor. ꝓspexi. Quid plura. Pontifex summe cœlum & terra. viij. die ante obitũ eius prodigia & signa dedere: ut omnibus florẽtinis notũ est: Quo mortuo: statim uniuersus orbis ad bella se cõuertit. Italiaq; potẽs occasiões undiq;

ac præda

ac prædationes multas sensit:suosq; Principes cũ Regibus perdidit:quæ omnia prius consilio magni uiri in pace consistebant.Redeamus ad architecturam:in qua fuit peritus & Bart.gargiolus & Anto. ambo architecti Alex.vi. Omitto Iulianũ gallensem & alios multos In Musica uero habuit Franciscum cæcum: qui Musica & Astronomia non solũ peritus fuit:sed & Poesia. Nam a Venetorum duce uiro doctissi. coronatus:deinde uero ut Poeta a rege Cyprio laureatus fuit.
Omitto Antoniũ & Franciscũ & alterum Antonium a quo nonnulla didici (ut in Musicæ opusculo scripsi)
Omitto præterea Michae. archangelum & uxorem: ac ipsas Moniales peritissimas. Sed dolendũ est flendũq;:opera eñ multorũ excellentissi.Flor.esse abscondita inuidiæ causa:ac multa in Bibliotecis Pontificis & mediceis uidi quæ non sunt impressa.
Quid dicã de Mercatura: ut fuit Cosmas medices: & alij innumerabiles uiri ditissimi? Omitto Bartho. melchionem apud fidelissimũ regem portugal. qui nõnullas naues nostro tempore proprijs sumptibus cum regia classe contra perfidos infideles parauit.
Omitto Agriculturæ peritissi.infinitos.Quid preterea dicam de lanificijs & sericinis linteaminibus arte Frigia & auro atq; argento circumtextis:uulgo broccha ti & ricchami:& alijs cuiuscũq; generis exercitijs? Nõ uiri tantum laudandi: sed & mulieres ipsæ laudandæ sunt:quæ Romam usq; uenere:ut monasteria nõnulla

reformarent. Nouissime uero iussu tuę. S. moniales ue
nerunt ad Monasterium san. Siluestri. Multas calami-
tates ac bella ciuilia diuersis temporibus simul cum pe-
ste perpessa est Florentia. Nam lugubris & miseran-
da pestis pene per orbem uniuersum trium annorum
spacio usq; Britannos deseuijt. Et Anno Christi. M.
ccc.xl. amplius sexaginta hominum millia Florentiæ in
tra Vrbem assumpsit: & per agrum cuncta pene de-
serta reliquit. Quæ ciuitas prius Anno domini. M.c.
lxxvi. duobus incẽdijs magna ex parte cõcremata fuit.
Omitto dissensiones & ciuilia bella & pecuniam infini
tam in emptione ciuitatis Lucanæ. Quid dicam de bel
lis continuis cum potentatibus Italiæ? Ipsa enim in me-
dio multarum ciuitatum tanq; cor ipsius Italię cõstrin-
gitur: & semper (ut omnibus patet) uiriliter se defensa-
tur. Habet em̃ ecclesiã a parte una: ab alia uero Ianuen-
ses ac Venetos. Ab alio latere Lucenses ac Senẽses: ab
altero nãq; Bononienses & Principes nonnullos: cum
quibus sępe pugnat nõ sine maximo dispendio. Deci-
es centena & ducenta sexagintasex aurei nummi mil-
lia per sex tantum huius anni. M.ccc.xci. menses in Me
diolanensi bello a florentino populo impẽsa sunt atq;
integre persoluta. Omitto pecuniam innumerabilẽ da-
tam Stephano Bauariæ duci: qui uenit in florẽ. auxiliũ:
& nil memorabile gerens: in suam regionẽ reuertitur.
Omitto thesaurũ infinitũ quod Robertus Imp. a Flo.
po. accipit contra Galeatium Medio. ducem: qui maxi.
exercitu

exercitu in Italiam trāsijt:& nulla memorabili gesta re: trans Alpes ipsas reuertitur An. Christi. M.cccci. De Pisanorū bello non facio mentionē: in quo Venetorū milites bis cum insig.& equitibus a florē.profligati & capti fuere. Quid plura? Soli contra Venetos & Ianu-enses ac Lucenses: Senēsesq; ac Pisanos:atq; ipsum Valentinum Borgiam:ac exules florentinos impetū unanimiter facientes:eodēq; tempore restiterunt: ac uictoria tandē potiti sunt. Omitto Liburnorū obsidionem. Ciuitas ipsa sub eius imperio benigno nonnullas ciuitates e duodecim æthruriæ habet: quarum Meçentius dominabatur.f.ciuitates Pisarum: Fesularum & Volaterrarum: & Aretij.Habet & Pistoriū & alias cū oppidis munitissi. & locis fortissi. Omitto Colonias multas more Ro.quas emisit:& noua oppida fundauit. Vt placet Leonardo Aretino:qui scribit: Vrbs uetus a florentinis originē habuit:quę omnia Lilius Vicent. confirmat. Senenses Pater beatissime uolunt. S.tuam in numero conciuium ac pontifi.suorū habere:cui oratores cum muneribus miserunt:nosq; irrident dicentes nullum habuisse pontificē.Nō em̄ sciunt om̄es flor.decreto pub.& priuilegio legis ciues Saon.& ecōuerso:que ciuitas pręclara Saonēsis habuit habetq; cardi. multos & Pont. Senēses uero (inuitus dico) nūc taceant absq; Car. ullis. Letentur uero florentini. Tris em̄ habēt Car. absq; conciuibus Saon. Lætetur & inclyta ciuitas Saonensis de Cōciuibus Florē. qui ut alter sol ubiq; lucent

ac florent

ac florent. Bonifacius nāq3. viij. Pont. maxi. iubileū indixit: & publice prælatorum aſſenſu concionatus eſt: & receſſuit ſecūdo anno. xij. legationes: quarū Florentini extiterant Principes a diuerſis mundi principibus accepiſſe: & legatorum inde nominibus atq3 familijs palam exhibitis iniunxit. In gloriam igitur Floren. nominis affirmo in gubernatione orbis terrarum florentinos aliud elementum fore. Vere prophetauit: nam in nouo mundo Albericus Veſpulſius floren. miſſus a fidelíſsimo Rege Portugal. Poſtremo uero a Catholico Hiſpaniarum Rege: primus adinuenit nouas inſulas & loca incognita: ut in eius Libello Graphice apparet: in quo deſcripſit ſydera & nouas Inſulas: ut etiā apparet in Epiſtola eius de nouo mundo ad Laurentium iuniorem de Medicis. Legitur præterea: φ ipſi Romani a Florentinis populares quaſdam leges per legatos Anno Chriſti. M cccxxxviij. popoſcerunt: quibus quidem Floren. populus ſtatuta ipſa (ut bonus filius) maxima cum reuerentia conceſsit. Zacharias Vicenti. in deſcriptione orbis dicit: Florentia lanifici ac ſerici mercatura præ cæteris illuſtratur ciuitatibus: uitiū & olearū fœcūda: ac fructuū omnis generis abundās: uiris quoq3 bonarum artium doctrina præditis: omniq3 genere laudis præſtantiſsimis exornatur.

Quapropter Beatiſsime Pater IVLI: Ciuitas & ciues per ſe nobilitate clarent & uirtutibus. Non enim opus eſt ut a me laudentur. Solus nanq3 deus laudandus & glorificandus

glorificandus est. Cui laus: honor: uirtus & gloria: potestas & imperium sempiternum.

EX VRBE Die. iij. Mensis Iunij. M.D.IX. in die Sanctissimae & indiuiduae Trinitatis. In aedibus Reuerendissimi Cardi. tit. sanctae Sabinę.

Francisci Albertini disticon.

Si nunc errarem: fateor me errare libenter:
Nam sine censore nullus in orbe fuit.

Vincentius Rauennas ad Libellum.

Mirantur cuncti: ac omnis mirabitur aetas:
Quod rerum summam parue Libelle tenes.
Sic te non cupiet doctorum turba uirorum:
Et dicent omnes: tu mihi gratus eris.

DE MIRABILIBVS NOVAE ET VEteris Romae Opusculũ: editũ a Francisco Albertino floren. Industria & impensa prouidi Viri Thomae wolff: Calcographiae gnari exaratum: nuper ex propria Officina Vrbis Basileae: Anno Legis gratiae Millesimo quingentesimo decimonono. Mẽsis vero Martij Die uicesimosecundo: Finit Feliciter.



FOLIORVM ORDINARIVS

A
HVMILIS AC
Hyſpaniarꝝ rex
pater Iuli depre
B
Nõnulla in ſtati
& Honorij Im
ab Appio Clau
reponi ſolerẽt
populi conſtitui
C
Eſt & mons
quem Tullius
rurſuſqꝫ reſtituit
qui nunc Tuſcu
P.CORNELI
D
fuiſſe legimus
terę in marmore
itur ad eccleſiã
E
marmoreas ap
iure nõ potuiſſe
quibus tribus
Palatium ſeu
tuere:& prouen
F
Exquilinã:per
bis regionum
rea ſeu Teſtaria
G
DECIMA RE
Scholam Caſſij
F.a Numma
pictor in princi
rimonijs curarẽt
H
ædibus.D.Mau
Templũ Conſij
Via Labicana
I
indicant. Extãt
montibus conti
theon.a.M
mons & locus
Erant in Vrbe
K
uocant liniamen
cũ duabus pul
quo multa ſigna
L
tiſsimum dignũ
Ante ædes Con
melius cõmen
minus aquarũ
a Catone Cenſo
M
Omitto multa
tria Mineruę
canẽtes patria
N
Barbareę feręqꝫ
ſiſsimũ quotam
Quid plura bea
æterna Vrbs
ciuitatis noſtræ
O
omnes alij præ
Vincula nuper
unã habet in
P
lorum atqꝫ
Omitto opuſcu
Tanta tibi eſt
Q
Iacobus Alberti
morea: ut dicam
Non longe ab
R
ciuitatum eccle
ſecundi Anno
Aloyſium Mar
cuius flor. pręfe
ac prædationes





